

- ANNI CHRISTI  
1399. efflet etiam comes Ruthenus. Anno 1399, IV A  
cal. Junii, emit a Philippo *des Esfarts* dimidium feodum dictum *du Hallie*, situm Luteciae in Mar-  
cello. Anno 1402 statuta edidit pro regimine collegii Montis-acuti apud Parisios, quae leges in Historiâ nova Parisiensî tom. 5. pag. 679.
1402. Anno 1403, XIV cal. Novemb. Philippum nominavit Ludovicus dux Aurelianensis testamenti sui curator. Anno 1404 ipse pro rege ac delphino possessionem inivit comitatus Valentiniensis. Anno 1406 consiliarius nominatus est in majori consilio. Pedum suum pastorale, viginti quatuor marcarum argenti pondò, mitram suam lapidibus pretiosis distinctam, pannum aureum unum, ornamenta holoferica, plurimaeque alia dona contulit ecclesiae Noviomenfî. Sed de baculo illo & mitra pastorali juvat transcribere ex Vassorio pagg. 1007 & 1008 codicem MS. Noviomenfem qui eum describit in hunc modum: *Baculus pastoralis sive episcopalis, divisus in quatuor partes, continens in penso 24 marcas argenti decurati, & in parte dextri baculi faciente summitatem sunt imagines duodecim apostolorum cum pinnaculis summoque in circuitu eorum factis. In rotunditate baculi est coronatio gloriose virginis, juxta quam est imago episcopi gemplexi. Subtus dictam rotunditatem est angelus sustinens coronacionem antedictam, & in circuitu ejusdem rotunditatis a qualibet parte sunt sex imagines in modum doctorum & prophetarum. Item mitra episcopalis contexta est gemmis, habens in anteriori & posteriori partibus, videlicet in qualibet parte quatuor Gallicae Emaux à jour, habens etiam in circuitu inferiori, & in anteriori ac posteriori partibus ascendendo usque verticem, viginti sex lapides pretiosos diversorum colorum; & in margine ipsius mitrae sunt gemmae rubrae cum pavonis chrysolibis; in vertice autem sunt duo Gallicae Emaux à jour, circumdata tringinta lapidibus pretiosis. Item sex lambeaux pendentes a posteriori parte mitrae continent tres Emaux à jour, & quinque lapides pretiosos una cum ceteris D minutis lapidibus. Philippum Petrus Montacutus, cardinalis Laudunensis vulgo nuncupatus, testamentum declaravit arbitrum magisterii & burfarum collegii quod fundaverat Luteciae quandiu viveret. Addunt Samarthanî adfuisse consilio Caroli VI regis, de acceptatione Genuae civitatis in dedicationem Francorum; sed hæc ad successorem suum Petrum Fresnel pertinent, qui anno 1396, quo de civitate illius dedicatione actum est, ecclesiam Meldensem regebat. Anno 1408 Philippus dedit ecclesiae Parisiensî, cujus cantor & canonicus fuerat, quamdam pecunie summam pro fundatione duarum missarum de Beata. Anno 1409 misit legatos ad concilium Pisianum, obiitque eodem anno pridie cal. Aug. depositus apud Caelesinos Parisiensis, quibus dederat pro sepultura sua domum suam vernacule dictam *La Galere*, tumulatusque sub lamina cuprea, cui insculptum est sequens epitaphium: *Hic jacet reverendus in Christo pater dominus Philippus de Molins Engilbertorum, Nivernensis diocesis, quondam episcopus Ebroicensis, demum Noviomenfîs, regum Johannis, necnon Caroli V & Caroli VI consiliarius; quibus fideliter servivit per 21 annos; & obiit Parisius ultima die Julii anno**
- ANNI CHRISTI  
1409. Domini M. CCCCLX. Anima ejus requiescat in pace. Amen. De eo necrologium sanctæ Crucis Aurelianensis in hæc verba: *VII idus Julii anniversarium pro D. Philippo de Moulins, episcopo Noviomenfî, quondam hujus ecclesiae cantore. Curatorem testamenti sui habuit Germanum episc. Lucionensem.*
- LXXXI. PETRUS II. FRESNEL.  
Ex episcopo Meldensi factus est Petrus episcopus Noviomenfî XII cal. Sept. anno 1409, & sequenti mense sacramento fidei regi se obstrinxit. Anno 1410 unus fuit ex legatis pro pace componenda inter Francos & Anglos apud castrum B Wincestriz prope Luteciam; eodemque anno missus est Boloniam a rege cum Jacobo Castellionco Francie thalassiarcho, pro inducis cum rege Anglo procrastinandis. Aurelianensis ducis partes quum amplexus esset adversus Burgundiaz ducem, comprehensus est non longe a Clara apud Caletes ab Antonio de Craon, gubernatore Rotomagensi, missusque anno 1411 in custodiam apud castrum dictum *le Crotoi*. Anno sequenti quum pestis in urbe Noviomenfî grassaretur, totum se in sublevandis consolandisque ægrotantibus devovit. Anno 1413, non. Septembris, adfuit Luteciae Parisorum supremo justitiæ thalamo. Anno 1415 missus est in Angliam induciarum protrahendarum ergo; tunc vero ecclesia Noviomenfî dimissa, transiit ad Lexovienfem.
- LXXXII. RADULFUS. DE COUCI.  
Ab ecclesia Metensi Radulfus traductus est ad ecclesiam Noviomenfem in eunte anno 1415, regique Caroli VI obsequium fidei exhibuit XVII calendas Maii ejusdem anni. Quatriduo post possessionem adeptus per procuratorem, in urbem suam solenni pompa non ingressus est nisi v. calendas Aprilis anni 1421, ipso Paschatis die. Libris suis capitulo Noviomenfî legatis ad satisfruendam adornandamque bibliothecam, factus cessit XVI calendas Aprilis anno 1424, id est 1425, sepultus in choro ecclesie sub tabula cuprea cum hoc epitaphio: *Hic jacet reverendus in Christo pater nobilis & potens D.D. Radulfus de Couciaco, dum adhuc viveret episcopus & comes Noviomenfîs, necnon Par Francie, qui migravit ab hoc seculo anno Domini M. CCCCLXIV. die XVII mensis Martii. Orate pro eo ut animi ejus in pace requiescat. Amen.* De eo nos fufius olim in episcopis Metensibus.
- LXXXIII. JOHANNES II. D. R. MAILLI.  
Johanne *de Mailli* & Johanna *de Cresques* parentibus ortus Johannes, fratrem habuit Robertum *de Mailli*, panis domus regie summum curatorem. Anno 1411 consiliarius factus in Parlamento Parisiensî, creatus est anno 1418 supplicum libellorum magister; anno 1419 decanus S. Germani Autissiodorensis apud Parisios, & anno 1424 praes in camera computorum Parisiensî. Extincto Radulfo Noviomenfî episcopo, quum turbidis illis temporibus de eligendo successore, qui regi Anglorum ducibusque Bedfordiz & Burgundiz placeret, agere res non esset admodum

- admodum facilis, canonici Noviomenses qui de  
 fervando jure suo stategant, duos elegerunt anno  
 1425. quos summo pontifici alterum confir-  
 matorio presentarunt, Hugonem de *Coyeu* &  
 Johannem de *Mailly*, utrumque ecclesie sue cano-  
 nicum. Gratum habuit pontifex Johannem, qui  
 bullis impetratis IV nonas Septemb. anno 1426,  
 fidei obsequio Anglorum regi prestitio, No-  
 viomium solenniter ingressus est III calend. April.  
 anno 1428, id est 1429. Missus est in Angliam  
 eodem anno a Bedfordie duce, ut suppetias im-  
 ploraret adversus Carolum VII. Anno 1431, III  
 calendis Junii, sedit inter judices qui puellam  
 Aurelianensem capite damnarunt Rotomagi. Eo-  
 dem anno interfuit Lutecie Parisiorum corona-  
 tioni pseudo-regis Francorum Henrici VI Anglie  
 regis; excusatus anno sequenti a Johanne duce  
 Bedfordie, quod ad concilium Basileense non  
 convenisset. At postea legitimo regi suo adhaerens,  
 multum ex pluribus unis adlaboravit in abbata  
 S. Vedasti Atrebatenfis, ut illum inter ac Phi-  
 lippum Burgundie ducem pax reformaretur. An.  
 1440. calend. Martii, id est anno 1440, dedit  
 ecclesie sue 1200 nummos aureos, vulgo *saluts*  
 dictos, ad missas seu officia quaedam in sacello  
 S. Mathaei celebranda. Anno 1457 operam tulit  
 Johanni Juvenali Ursino archiepiscopo Remensi  
 Blasium archiepiscopum Burdegalem con-  
 secranti. Anno 1458, mense Augusto, recruduit  
 pestis in urbe Noviomio. Anno 1461 Johannes  
 clientelam professus est ecclesie Remensi. Anno  
 1464, IV nonas Aprilis, consecravit Noviomii  
 Martinum *Bernger* episcopum Cenomanensem,  
 assistentibus Ambianensi & Sueslionensi epis-  
 copis. Dicitur excommunicatus fuisse anno 1469,  
 mense Septembri; cujus rei laudatur instrumen-  
 tum bibliothecae regiae inter MSS. Bethuniae co-  
 dices, num. 8435. fol. 96. sed eo in instrumento  
 narratur nomen praeter Bertrandi. Legavit eccle-  
 siae suae codicem unum insignem librorum  
 manuscriptum. Fundavit in ecclesia Ambianensi,  
 cujus olim canonicus fuerat, capellam unam in  
 honore Annunciationis beatae Mariae, obituque  
 XVI cal. Martii anno 1472, id est 1473, sepul-  
 tus in choro ecclesie Noviomensis cum hoc epi-  
 taphio: *Hic jacet corpus reverendi in Christo patris*  
*domini Johannis de Maillyaco, episcopi Noviomensis,*  
*comitis Paris Francia, qui obiit anno Domini*  
*M. CCCCLXXII, mense Februarii de XIV. Oretis*  
*Deum pro eo.* Nonnullas contra capitulum suum  
 moverat spereratque controversas, de quibus  
 leges Vassorium pag. 1033 & seqq. De eo di-  
 ximus tom. VII. in decanis sancti Germani Aus-  
 tistodorensis.

MARAFIN.

## LXXXIV. GUILLELMUS II.

Nobilis apud Turones prosapia natus Marafinus,  
 post obsequium fidei regi prestitum v calendis  
 1473. Julii anno 1473, possessionem episcopatus No-  
 viomensis adeptus est per procuratorem eodem  
 1474. anno III non. Julii; anno vero sequenti, XI cal.  
 Januar. urbem ecclesiamque suam solenni pompa  
 1475. invisit. Anno 1475 Ludovicus XI rex dimisit  
 episcopis Noviomensibus jus quod reges Fran-  
 Tomus IX.

corum habebant presentandi ad capellam Annun-  
 ciationis beatae Mariae fundatam in ecclesia cathedra-  
 li. Anno 1478, XI cal. Septembris, reliquias  
 S. Hungundis et capsa lignea transludit in argen-  
 team in basilica sancti Quintini, satagente Petro  
 abbate Humolariensi, adstantibus Johanne abbate  
 sancti Quintini Insulano, Johanne S. Praejecti,  
 Johanne Aroasie, Johanne Vermandi, aliisque,  
 tam ex clero quam ex militibus, virisque prima-  
 riis. Ab eodem Petro unam et virginis costis obti-  
 nuit, alteram Ludovicus XI Francorum rex, ter-  
 tiam decanus & canonici S. Quintini. Consecrum  
 hac de re instrumentum in ejusdem sanctae vir-  
 ginis theca reperitur est anno 1679, quum Hu-  
 molariensibus suis redditus reliquias, quae ob  
 bellorum tempestates diu in urbe Quintinopoli  
 refederant, Franciscus de *Clermont* episcopus No-  
 viomensis VI cal. Julii apert theca detexit, &  
 habita solenni concione ac supplicatione, populo  
 venerandas exhibuit. Anno 1484. Guillelmus  
 obedientiam vovit pridie non. Maii ecclesiae Rem-  
 ensi, adjuvante inter Pares inaugurationis Caroli  
 VIII regis. An. 1487 obtinuit prioratum Longev-  
 villae. Anno 1488 obtinebat in commendam  
 prioratum Lehunii diocesis Ambianensis, & XI  
 cal. Junii fidem clientelarem accepit ab Henrico  
 C de *Cais* pro majoria de *Cais* ab eodem prioratu  
 dependente. Anno 1493 Ludovicum, postea  
 cardinalem Borbonium, sacris undis abluit. Anno  
 1498 Ludovicum XII regem Luteciam solenni  
 ritu ingredientem comitatus est. Decessit apud  
 Caroli portem in sui diocesi VII idus Augusti  
 anno 1501, humatus postridie in choro ecclesiae  
 cathedralis ante majus altare, exequias procurante  
 episcopo Sueslionensi.

## LXXXV. CAROLUS I.

DE  
HANGEST.

Johanne de *Hangest*, domino de *Genlis*, & Maria  
 d' *Amboise*, parentibus natus Carolus, apostolicus  
 D erat protonotarius, praebendaeque obtinebat in  
 ecclesiis Rotomagenfi ac Noviomensi, cum archi-  
 diaconatu Vulcastini Normanni in ecclesia Roto-  
 magensi, archidiaconatu Ebroicensi, archipresby-  
 teratu rurali Castelli-Airaldi, & abbata Precum  
 in Britannia, quando bullas pro episcopatu No-  
 viomensi adeptus anno 1501, cum potestate be-  
 neficia haec omnia retinendi, missisque in posses-  
 sionem non. Januarii anni sequentis, consecratus  
 est eodem anno Rotomagi. Fidem juravit regi IV  
 cal. Martii, & VII cal. Octobris in urbem suam  
 solenni pompa ingressus est, comitantibus epi-  
 scopis Laudunensi ac Bellovacensi: cum eo nempe  
 vix quindecim annos nato, inquit Marlotus tom.  
 2. pag. 750, dispensaverat anno 1504 Julianus  
 cardinalis legatus a latere, ut *beneficia cujusvis*  
*generis, regularia vel secularia, compatibilia vel non,*  
*etiam tria curata tenere possent.* Anno 1503, VI  
 nonas Maii, dedicavit ecclesiam sancti Eligii in  
 suburbis Quintinopolis. Anno 1504 transludit  
 corpus sanctae Godebertae, de cujus capsa leges  
 Vassorium pag. 1084. Anno 1505 benedixit in  
 abbatem S. Bartholomaei Noviomensis Jacobum  
*Paillard*, & XII calend. Novembris obedientiam  
 spopondit ecclesiae Remensi. An. 1507 obtinuit  
 Ttt

- abbatiam S. Eligii Noviomensis. Anno 1510 A  
 ANNI CHRIS TI  
 1510. literas accepit a rege datas pridie cal. Augusti, ut Aurelianum menle Septembri conveniret, de libertatibus ecclesie Gallicane cum ceteris optimatibus tractaturus; alias item menle Februar. sequenti, ut Lugdunum eadem de causa se conferret. Adfuit inter Pares VIII idus Martii an. 1523, id est 1524, consilio regis adversus Carolum Borbonium comitem stabuli, & postredie alteri consilio adversus ejusdem principis confortes. Episcopatum filio fratri sui transcripsit anno 1525, reservato sibi jure munia episcopalia quando vellet obeundi. Obiit ex ejus epitaphio pridie cal. Julii anno 1528 apud Caroli-pontem, quo cesserat in otio, *Boni episcopi* apud suos Noviomenses cognomentum promeritus, sepultusque in choro ecclesie suae. Castri illius aedes ornavit & auxit; edificavit Noviomi palatium episcopale, & in ecclesia cathedrali facellum Assumptionis beate Marie.
- 9 Sub ejus praefectura natus est Noviomi anno 1509 Calvinus Haereticus, infaustus provinciae Remensis factus, recentiumque Iconoclastarum pater. Vassiorum lucem hunc vidisse refert VI idus Julii die posterioribus seculis execrando, baptisatumque in ecclesia sanctae Godebertae, urbis Noviomensis tutelari, quam ob vitia & haereses aeterno dedecore fœdavit. Capellaniam primum in ecclesia cathedrali consequutus erat an. 1521, aetatis suae duodecimum. Adultus aetate, sic & malitia, factus est parochus primo Marte-villae, deinde Pontis-episcopi. At novarum rerum prurigne, ejuratis beneficiis, in Alemanniam cecessit, cum Luthero colloquiturus, stragem ubique ac verae religionis interitum machinante. Inde Italiam petiit, postea Genevam apostatarum receptaculum, ubi velut insignis propheta susceptus, nequissimae haeresi incubans spuria vitulamina inde nata & fota longe laeque propagavit.
- LXXXVI. JOHANNES III.
- DE HANGLST.  
 1525. Patrum excepit cal. Augusti anno 1525 Johannes, filius Adriani de *Hangst*, pincernae regii, annos tantum undeviginti natus, referendarius papae, canonicusque & archidiaconus Ebroicensis; statimque eundem patrum constituit vicarium suum generalem, tam in spiritalibus quam in temporalibus. Consecratus in episcopum anno 1532, urbem suam solenni ritu invisit VIII idus Aprilis ejusdem anni. Anno 1544 Antonius Demochares nuncupavit illi opuscula S. Anselmi a se restituta. Romam profectus est anno circiter 1547. 1547. Henrici II regis orator; anno vero 1548 Gentianus Hervetus eidem nuncupans versionem e Graeco Latinam Paradagogi Clementis Alexandrini, laudat eum quod apprime sciat philosophiam Platonis & theologiam, linguas Latinam, Hebraeam, Chaldaicam, Arabicam & Italiam; jus civile & canonicum, medicinam & liberales artes; inprimis vero quod viros doctos humanissime excipiat: *Ad quem potius, inquit, fuit hic liber mittendus, quam ad eum qui in omni literarum genere est ita versatus, ut in singulis excellat.* Similiter anno 1549 Johannes Cochleus dicavit illi cum elogio magnifico historiae Hussitarum libros duodecim. Erat praeterea Johannes ex bulla Julii papae data XIX cal. Januarii anno 1551, assistens oratori pontificii, utriusque signaturae referendus, & praelatus curiae Romanae. Aere alieno oppressus, & apud Romanos iudices a creditoribus suis ex-postulatus, clam aufugit in Franciam, ne in carcerem, cui subeundo se obligaverat, compingeretur. Revertens tamen dicitur in quibusdam civitatibus Germaniae constitisse, ubi aliquandiu jurisprudentiam mercede docuit *pro victu & viatico comparando*. Sed reducem illi nihilominus persequuti sunt, primumque in privato Parlamento de creditis pecuniis, deinde in curia Parlamento respondere coegerunt. Ibi autem quum non satis ex eorum sententia res procederet, patentes literas obtinuerunt ab Henrico II rege, datas pridie cal. Februarii anno 1555, id est 1556, & eidem curiae significandas, quibus erepta Parlamento cognitione jam inchoata appellationis quam praesul interjecerat tanquam ab abusu, decretum a sanctissimo patre carcerem, latalaque censuras locum habere, ipsumque episcopum a quolibet apparitore comprehendi, & Romam perducere jubebat. At quum procurator regis in literas illas insurrexisset, novanque ac pessimi rem exempli ostendisset, si contra libertates ecclesiae Gallicanae homo Francigena, idemque episcopus & Par Franciae, ex ipso patrie sinu Romanos in carceres abriperetur, de literis regis expofitandum censuit; unde sanctius consilium negotii totius curia cognitionem sibi adclivit. Pronunciavit autem XIII calendas Aprilis anno 1567, praesulem in custodia apud Vincennas detinendum quoad usque universo se liberasset aere alieno; interea tamen ad vitam tolerandam sexcentis annui redditus libras percepturum; vicarium vero ab archiepiscopo Remensi institutendum, qui vicecesum Noviomensem in spiritalibus gubernaret. Johannes ibi vix commoratus est; unde non parum detrimenti cepit ecclesia Noviomensis. Sed quum his temporibus grassaretur per univerfam Franciam Lutheranorum Calvinistarumque haeresis, tanto malo ut mederentur canonici Noviomenses, statuerant VII idus Aprilis anno 1562, ut fidei catholicae formula delcriberetur, quam subsignarent singuli dioecesis clerici. Statutum autem erat hujuscemodi ex Vassior pag. 1146: *Quantum ad professionem fidei catholicae & observationem mandatorum divinarum, ordinaverunt Domini fidei articulos ad capitulum proximum adferri, & per singulas canonicas, capellanos, & alios ecclesiae habitatos signari & approbari*. Postredie aliud statutum editum est in haec verba: *Insequendo conclusionem in superiori capitulo factam, praefatus dominus decanus articulos fidei religionem christianam concernentes legit, requirens ut ab omnibus signarentur & approbarentur. Super quibus Domini deliberantes, eos tanquam veros & catholicos ab omnibus signari & approbari ordinarunt*. Haec vero fuit formula, cui statim subscripserunt omnes.
- ANNI CHRIS TI  
 1549-  
 1551.  
 1556.  
 1567.

ANNI  
CHRISTI

Ad perpetuam rei memoriam, & civita sanctitatis  
probitatisque exemplum servandum.

Nos subfignati decanus, canonici, capellani, vicarii,  
habituati atque officarii insignis ecclesie Noriomenfis,  
cupientes ex sincero animi affectu & caritatis studio  
quam possimus maximo scandalis circa religionem  
occurrentibus providere, scilicet ab uno quoque col-  
legii communitalisque nostrae suae fidei protestationem  
super sequentibus articulis requirendam duximus, &  
scripto signoque contestandum quod quisque de illis  
tenere constituit, ne forte lupis sanctum ovile ingre-  
dentibus, vel schismatum rictibus furim succrescenti-  
bus, emarescat, aut ullo modo minuat vetus ille  
quem a patribus accepimus sanctitatis & devotionis  
ecclesiasticae fervor.

1. Septem esse sacramenta nobis divinitus indulta  
quasi media quaedam atque opitulamina ad Dei  
gratiam & vitam aeternam consequendam fide indubia  
tenendum est.

2. In his Baptisimum esse omnibus, etiam infan-  
tibus, ad salutem necessarium; Eucharistiam autem  
saltem semel in anno tempore Paschae ab adultis prece-  
dente Confessione suscipiendam.

3. Sacramentum Missae esse ex Christi institutione,  
valereque pro vivis & defunctis; eam celebrari debere  
a solis sacerdotibus rite juxta formam ecclesie Roma-  
nae ordinatis: in ea per consecrationem & illi assis-  
tentem Dei virtutem converti panem in sanctissimum  
Christi corpus, & vinum in sanguinem, mutata utro-  
rumque substantia, manentibus autem solis speciebus.

4. Confessionem oris sacerdoti esse faciendam sal-  
tem in anno juxta preceptum ecclesie.

5. Jejunia & abstinentiam cum discretionis cibo-  
rum habentem pro consuetudine hęcum observatam  
tenendam esse sub distractione peccati mortalis iis qui  
per corporis valetudinem illum observare possunt.

6. Catholicis omnibus, cessante legitimo impe-  
dimento diebus Dominicis & festis assistendum sacri-  
ficio missae in propria parochia, si fieri potest.

7. Homines non justificari ex sola fide sine ope-  
ribus, saltem sine veris & efficaci operum perseverantia  
atque implendi praecepti voluntate.

8. Sanctam & laudabilem esse sanctorum sanc-  
tarumque imaginum venerationem, cessante supersti-  
tione, ad easque salutariter preces dirigere, & nobis  
eorum suffragia apud Deum prodesse.

9. Item esse purgatorium & expiationis locum iis  
qui cum reatu non mortali & vivis decedunt, easque  
juxta precibus, elemosinis, jejunis & aliis beneficiis  
vivendum.

10. Item cuicunque donatum esse liberum arbitrium,  
cujus virtute possit libere evitare malum & eligere  
bonum.

11. Vota omnia a personis sensatis sui juris &  
in aetate legitima constitutis facta obligare in foro  
conscientiae, etiam monastica, perpetua scilicet conti-  
nentiae, paupertatis & obedientiae.

12. Item unam esse ecclesiam universalem, visibi-  
lem, quae legitime in Spiritu sancto congregata, in fide  
& moribus errare non potest, illique jure divino unam  
praefici summum pontificem.

Actum & approbatum in capitulo generali facta  
die Mercurii 8 mensis Aprilis, anno Domini 1562  
Tomus IX.

Apud Pascha, & approbatum per signum manuale  
universisque canonici. Sic signatus: Nicolas Breton  
decanus. Petrus Bouteil archidiaconus. J. Puleu.  
A. Bellment. P. Rogel. M. Morlet. F. Bardoulet.  
C. Brossart. A. Charmoue. A. Vallois. P. Lecoite.  
M. Piot. S. Lefort. M. Parviller. J. Deschamps.  
A. Delibus. N. Tarjel. Jo. Dauphin. A. Dumont.  
Jo. Lebaruf. M. Fescamps. J. Malet. A. de Mouchy.  
Jo. de la Vacquerie. F. Malet. M. Martine. P. de la Veule. E. le Duc. P. Quentin.  
C. Obry. G. Martine. Gabriel d'Ahies. N. Levain.  
J. Bellement. J. Blanchart. P. Ferrieres. J. Rogel.  
N. le Fèvre. M. Roussel. M. le Blanc. J. Bouyera.  
E. Mortecrotte. P. Biot. N. Warhelg. Robert Cour-  
tin. C. Popin. N. Joffet. P. Fremont, &c.

Collatio est facta die undecima mensis  
Februarii anni 1562.

J. WATEL

Suis tandem a creditoribus utcumque liber Jo-  
hannes III, Luteciam in collegio Dainville di-  
versatus est, ubi occubuit pridie non. Februarii  
anno 1577, conditus apud Franciscanos in ipso, 1577.  
ut ipse voluerat, Franciscanorum habitu, legatus  
ecclesiae suae cum lectissima bibliotheca centum  
scutis aureis. Canonicos tamen suos, decemforum  
aliquot suorum exempla sequutus, modo hinc  
no lo illinc laecerat; sed litigationes illas,  
quae de rebus levis momenti agitate sunt, pau-  
cisque lectoribus arideant, consulto praetermissi-  
mus. Sub ejus praefulatu, vi calend. Novembris  
anno 1552, crenata est urbs Noviomenfis, ad-  
movente flammis exercitu regine Hungarorum;  
rursus vero anno 1557 ab exercitu Philippii II  
regis Hispaniarum.

3 Biduo post ejus obitum elegerunt canonici  
Antonius Bouchele clericum Bellocensium, pen-  
sionariumque Noviomensem; fed irrita facti  
electio. Obiit Antonius ille vii calendis Augusti  
D anno 1596.

LXXXVII. CLAUDIUS I.

D'ANGEN-  
NES.

Parentes habuit Claudius Jacobum d'Angennes,  
dominum de Rambouillet, & Isabellem filiam Jo-  
hannis Cotereau, domini de Maintenon. Natus apud  
Rambouilletum vii cal. Septembris anno 1538,  
studium primum Luteciae humanioribus literis ac  
philosophiae; deinde Jurisprudentiae Avarici Bitu-  
rici ac Paduae in Italia. Redux in Franciam factus  
est primo consiliarius in Parlamento Parisiensis,  
deinde legatus regis apud Cosmam Medicum  
Eururiae duce, tum consiliarius regis, postea  
praeses in camera inquisitionum, denique epi-  
scopus Noviomenfis, cujus episcopatus possessione  
adeptus est per procuratorem vii cal. Dec.  
anno 1578, post sacramentum regi praestitum 111  
idus Novemb. Consecratus Luteciae ab episcopo  
Parisiensis Petro Gonjio in sacello episcopali,  
urbem suam solenni ritu salutavit anno sequenti,  
vi idus Februarii. Anno 1582 adfuit generali  
ecclesiae Gallicanae conventui. Anno 1583, pri-  
die cal. Maii, obedientiam pollicitus est ecclesie  
Remensis. Interfuit eodem anno concilio apud  
Remos celebrato; & biennio post alteri conventui  
1585,

T t i j

ANNI  
CHRISTI

cleri Gallicani Luteciae celebrato; in quo praesente A  
rege libertates ecclesiae summa cum eloquentiae  
laude tuitus est. Dioecesim suam ita sapienter rexit,  
ut laudari meruerit a S. Carolo Borromaeo in hac  
verba: *Quum ex hominibus fide dignis audierim de  
multiplici doctrina, divinarumque rerum scientia, de  
religione & prudentia qua flores, praecipue vero de  
vere paterna pastoralique sollicitudine & cura, qua tu  
nobilissimam istam ecclesiam administras & regis, &  
ad antiquae disciplinae splendorem ac dignitatem re-  
vocare contendis, magnam percepi animo voluptatem,  
Deoque gratias egi immortales, quod tam divitis tem-  
poribus populo Noviodunensi cum pastorem tribuisset,  
cujus sapientia ac virtute non solum ab impiarum  
opinione corrupticulis integer sincerusque esset, sed  
etiam illustribus tum exemplis tum institutis abun-  
daret. Videor enim in unius antistitis, qui personam  
suam laudabiliter sustinet & munus accurate admi-  
nistrat vigilantia & sollicitudine, multarum animarum  
salutem, innumerabilium virtutum segetem, bonorum  
operum seminarium videre. Quae non eo a me com-  
memorantur, quod te talis quam divinae gloriae stimulis  
atque incitamentis egere credam, sed ut intelligas  
quanti faciam eam virtutem ac pietatem, qua te Deus  
ad gregis sui spiritalium utilitatem ornavit atque in-  
signivit.* Post obitum cardinalis Rambullesti fratris  
sui, transit anno 1588 ad ecclesiam Cenona-  
nensem.

1588.

D E  
BLAIGNI.

## LXXXVIII. GABRIEL.

Petro le Genevois, barone de Blaigni, & Guil-  
telma de Sencei, natus Gabriel, dominus de Bouf-  
sancourt, abbas Morarum, decanus Lingonenfis,  
& jam ab annis 25 procurator generalis cleri Gal-  
licani, factus est episcopus Noviomensis anno  
1588. dum Romae degeret, ecclesiamque suam  
solenni pompa invisit eodem anno, III idus De-  
cembri. Mortem oppetiit Perone XV calendis  
Novembri anno, ut diximus in abbatibus Mo-  
rarum, 1593; unde male diximus in decanis D  
Lingonenfibus, decanatum Lingonensem obti-  
nuisse ad annum usque 1598; sed episcopatum  
videtur abdicasse an. 1590 in gratiam sequentis,  
1590. quo anno, v. cal. Augusti, fidem suam obstrinxisse  
dicitur ecclesiae Remensis. Adfuerat anno 1576  
comitiis Blesensibus, in quibus promotorem ge-  
serat cameræ ecclesiasticae. Tumulatae est ad sanc-  
tum Furcicum Peronensem.

MUNIER.

## LXXXIX. JOHANNES IV.

In vico Roissiaco, dioecesis Remensis, natus  
Johannes, doctor theologus sociusque Navarricus,  
ex canonico Noviomensi consecratus est episco-  
puro procurante ipso Gabriele decessore suo. Obiisse  
dicitur VII idus Julii anno 1594, aetquam pos-  
sessionem adipisceretur. Obedientiam tamen pro-  
miserat ecclesiae Remensi v. calend. Augusti anno  
1590, ex schedis ejusdem ecclesiae.

1594.

5 Vacabat adhuc sedes episcopalis IX calend.  
Januarii anno 1594. Rex christianissimus ad eam  
nominavit Franciscum-Annibalem d'Estrees, pa-  
trem cardinalis ejusdem nominis; at ille jure suo  
cessit anno 1596 in gratiam sequentis.

## XC. CAROLUS II.

ANNI  
CHRISTI  
D E  
BALSACI.

Thomae de Balsac, dominum de Montagu, &  
Annam Gaillard-de-Long-jumeau parentes habuit  
Carolus, qui abbatium S. Georgii de Balcheri-  
villa, thesaurarium Sacrae capellae Parisiensis, ma-  
jorem archidiaconatum in ecclesia Rotomagenfi,  
decanatumque Turonensem possidebat, quando  
evehus ad episcopos Noviomenses possessionem  
inivit per procuratorem IV idus Januarii an. 1596.  
Ecclesiam suam solenni ritu adivit anno sequenti,  
VI non. Julii, obedientiamque spondidit ecclesiae  
Remensi XVII cal. Novembri anno 1610; quo  
etiam anno subdiaconi munere functus est in  
coronatione Mariae Mediceae reginae. Eo sedente,  
liberalitate dominorum de Bernieules, fundati sunt  
Remensi PP. Minimi, & Noviomii PP. Capucini.  
Vixit metam attingit v. cal. Decemb. anno 1627,  
ex Sammarthanis; sed ex necrologio abbatiae S.  
Georgii obiit III cal. Decembri anno 1625; ex  
tabulario autem abbatiae Casiaci, quam obsequent,  
& in qua obiit, IV idus Novembri ejusdem anni.  
Et certe Aegidius de Souvré ipsi subrogatus est  
eodem anno 1625, mense Decembri, thesaurari-  
us Sacrae capellae Parisiensis. Imo Valforsius, ex  
cujus pagina 1239 hauserunt Sammarthani, &  
post eos Historiae genealogicae Magnatum Franc.  
scriptores, obiisse Carolum anno 1627, fatetur  
tamen in margine paginae 1277, Henricum ejus  
successorem adeptam possessione ecclesiam suam  
solenniter invisisse anno 1626, mense Augusto;  
unde necesse est decessorem ejus obiisse ante an-  
num 1627. Sepultus est ille ad Coelestinos Mar-  
cussianenses, quibus legaverat ornamenta capellae  
suae. Fundaverat etiam in ecclesia sua cathedrali  
obitum solenniter celebrandum feria VI Quatuor  
temporum Quadragesimae. Ibi cor ejus depositum  
est ad pedes pyramidis seu columnae, cui vivens  
ipse hoc epitaphium insculperat:

1625.

## DEO. OPT. MAX.

*Tibi ô modiperator caeli & libripens abyssi, cujus  
omnividens oculus in perpetuo cordium exercetur scruti-  
nio, ego CAROLUS BALSACIUS, quem de gente  
tua electum huic Noviomensi ecclesiae praefecisti, cor  
meum hoc, devoti quondam obsequii pignus, propriis  
manibus offero praeterea: ut quod igneam pyramidis  
speciem in pectore pratulisti, hac marmorea pyramide  
testetur, me semper flagrasse desiderio & amore tui;  
& quod primum in homine animari, postremumque  
exanimari creditur, aeternum, ô Christe, in te spiret,  
qui libens ideo expirasti, ut & multis custodires spiri-  
tuum meum.*

Corpus abest, in cordis apex, &amp; amoris imago:

Quis mihi jam fratrum vota praesaepe neget!

CAROLUS BALSACIUS Noviodunensis episcopus  
votatus hac orans humiliter ponendus. Tu, bone JESU,  
fac ut exoret. M. DCXXII. kal. Mart.

## XCI. HENRICUS.

D E  
BARADAT:

Guillelmo de Baradat, domino de Dameri, de  
Fleuri, & de Thou, et domesticis nobilitas, tam  
regis quam reginae, ac Sofanna de Romain, domina  
de Fontaine, parentibus natus Henricus, post

ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI

- humaniores literas Flexiz, theologiamque Lute-  
ciæ comparatam, abbatiâ Parisi-montis in diocesi  
Cenomanensi, canonicatû Parienti, beneficijque  
aliis quibuldam donatus est. Ad episcopatum No-  
viomensem nominatus anno 1626, consecratus  
est eodem anno, IV non. Augusti, in ecclesia Do-  
minicanorum Parisiensium vici sancti Honorati,  
a Johanne Francisco Gondio archiepiscopo Pari-  
sienfi, assistentibus Autissiodorensi & Agennensi  
episcopis, & in ecclesia sua solenni pompa ex-  
ceptus est eodem anno, III idus Novembris, sa-  
cramentumque fidei regi præstitit IX cal. Decemb.  
1628. ejusdem anni. Anno 1628, XVI cal. Februarii,  
obedientiam vovit ecclesiæ Remensi. Eodem  
anno, v cal. Martii, moniales S. Ursule admisit  
1629. Noviom. Anno sequenti dedicavit ecclesiam Mi-  
nimorum, exornavitque vel magnam partem in-  
stauravit aedes episcopales. Anno 1635, idibus  
Augusti, senatusconsultum Parisiensis Parlamenti  
obtinuit adversus canonicos S. Quimini Vero-  
manduensis, pro jurisdictione episcopali. Anno  
1640. 1640 Hospitalarias moniales reformatas in no-  
comio Noviomensi collocavit. Anno 1645 adfuit  
Luteciæ Parisiorum comitiis cleri Gallicani ge-  
neralibus. Anno 1654 adfuit inter Pares corona-  
tionis regis christianissimi Ludovici XIV. Brevia-  
rium Noviomense, mistaleque & manuale novis  
curis jussit prælo mandari; seminarium pro clericis  
informandis ædificavit, patribusque Missionis cre-  
didit; assidue in diocesi sua commoratus est, vir  
comis, misericors, pacis amans, disciplinæ tenax.  
Sub ejus præfectura valetudinarium publicum  
Noviome institutum est, pluraque monasteria ad  
meliozem vivendi normam adducta. Huic Valflo-  
ris nuncupavit annales suos ecclesiæ Novio-  
mensis. Obiit præful meritis pulcherrimo  
1660. morbo, anno 1660, sacramentis ecclesiæ pie ac  
religiose perceptis, sepultusque est in ecclesia sua  
cum hoc lambico carmine:

*Henricus antistes, comes, Par Francia,  
Bara-tatorum natus illustri domo,  
Uli sacelli cesserat prius locum,  
Ibi sepulchrum noctus & locum fuit.*

*Tribus triginta annis amantur præfuit,  
Semperque præfuit, gregi suo assidens;  
Populi salute carius nil æstimans,  
Animam paratus pro suis oribus dare.*

*Ædes in urbe struxit aut resarvit,  
Episcopi construxit & ruri domum,  
Curas in agris, urbibus, templis excoit,  
Magisque curas templa sancti Spiritus.*

*Passim pius doctosque presbyteros vocat,  
Mittitque sedulo in clau-rijm suam.  
Catholica sic ubique firmatur fides,  
Ubique Calvinus domatur hæresis.*

*Pæc hunc sacratorum nunc ordo virginum  
Præful levandis pauperum languoribus:  
Alter puellas sanctum nunc edocet;  
Plures melior atque cærus, & claustrum arctius.*

*Mansit sub ipso illa ex præful integra  
Pastoris & antistitis honoranda dignitas;*

*Servata suavitè, sed fortiter tamen,  
Ecclesiarum jura, libertas, honor.*

*Servavit inter bella pacem. Imaginem  
Diva Maria sub titulo pacis colit  
Uti fœvit, ipse pro laboribus a Deo  
In pace dimissus, abit & inquit fuos.*

*Anno Domini M. VI. C. LX.  
Die vigesima quinta Augusti.*

## XCII. FRANCISCUS.

D E  
CLERMONT  
TONGARRE

Parentes habuit Franciscus Franciscum de Cler-  
mont-Tonnerre & Marian Vignier. Doctior erat  
B Sorbonicus, abbas Molosmenis & sancti Martini  
Laudunensis, quem anno 1661, mente Martio,  
1661. regia scheda nominatus est ad episcopatum No-  
viomensem. Consecratus est Luteciæ in ecclesia  
Sorbonæ vi nonas Octobris ejusdem anni, ab ar-  
chiepiscopo Rotomagensi, opem ferentibus vetera-  
no episcopo Conflantiensi, & episcopo Ambia-  
nensi. Fidelitatem juravit regi VII idus ejusdem  
mensis, & in urbem suam solenni pompa admissus  
est XI cal. Novembris sequentis. Anno 1662,  
VII cal. Martii, sedit inter Pares in Parlamento  
Parisienfi; & anno 1665, XIII cal. Maii, obedi-  
entiam spondidit ecclesiæ Remensi, factus pos-  
tea comes consistorianus, & ordinis sancti Spiritus  
commendator. Adfuit annis 1688 & 1695 co-  
mitiis cleri Gallicani. Fundavit in regia linguae  
Franciæ academia strictæ orationis præmium.  
Obiit XV calendas Martii anno 1701, & corpus  
ejus asportatum dicitur in chorum ecclesiæ suæ.  
Lege que de eo diximus tomo IV, in abbatibus  
Molosini.

## XCIII. CLAUDIUS-MAURUS.

D'AVIGNON

Urbani d'Avignoi, domini de la Touche & de  
Tigni, ac Mariæ Gabriæ de Riparfont filius Clau-  
dius-Maurus, abbatias Victoriz prope Silvanec-  
tum obtinebat ab anno 1693 pro abbatiâ Pultariensi  
quam dimiserat, quando VII cal. Aprilis  
anno 1701 nominatus est a rege episcopus No-  
viomenfis. Sacram unctiorem accepit ab episcopo  
Carnotensi IX cal. Augusti sequentis in ecclesia  
S. Cyrici, assistentibus Catalaunensi & Blesensi  
episcopis; & VII idus Octobris ejusdem anni fidem  
suam obtrinxit ecclesiæ Remensi. Anno sequenti,  
1702. IX calend. Maii, sedit in Parlamento inter Pares;  
translati IX cal. Januarii anno 1707, ad sedem  
1707. Rotomagensem. De eo diximus tomo IV, in  
abbatibus Pultariensibus.

## XCIV. CAROLUS-FRANCISCUS.

D E  
CHATEAU  
NEUF-LE-  
ROCHE-  
BONNE

Carolo-Francisco de Château-neuf, comite de  
Rochebonne, & Theresia Adhémard-de-Moncil de-  
Grignan, parentibus natus Carolus Franciscus, ca-  
nonicus erat præcentorque Lugdunenfi, vicarius  
generalis episcopi Piclavienfi, doctorque & so-  
cius Navarricus, quand. VIII cal. Januarii anno  
1707 factus est episcopus Noviomensis. Anno  
1708. sequenti, IV cal. Augusti, consecratus est Piclavi  
ab episcopo Piclavienfi, cooperantibus Sancto-  
nensi & Lemovicensi episcopis; & VIII calendis  
Septembris regi hdem dixit. Anno 1710 factus  
1710.

T t iij

ANNI  
CHRISTI  
1713.  
1715.  
1717.  
1722.  
1731.

est abbas Ellantii. Anno 1713 sedit inter Pares A  
in Parlamento Parisiensi. Anno 1715 adfuit com-  
mittis cleri Galliciani. Anno 1717 abbatiam  
1715. Centulensem adeptus est. Anno 1722 adfuit  
1717. coronationi christianissimi regis Ludovici XV, in  
1722. qua peroravit gessit episcopi Catalaunensis. Anno  
1731. 1731 transfatus est ad archiepiscopatum Lugdu-  
Martii anno 1740.

DE  
BOUVROIS.  
S. SIMON.

XCV. CLAUDIUS II.  
1731. Schedula regia nominatus est Claudius VII  
calend. Augusti anno 1731; sacram unctioem  
acceptit Lutecie in ecclesia Fratrum Prædicatorum B  
suburbii S. Germani ab archiepiscopo Rotoma-  
1732. gensi, xviii cal. Julii anno 1732, assistentibus  
1733. Ucticensi & Baioicensi episcopis. Anno sequenti,  
pridie idus Januarii, sedit in Parlamento inter  
Pares; transfatus eodem anno ad sedem Meiten-  
sem; abbas item Gemeticensis.

XCVI. JOHANNES-FRANCISCUS.

Natus IV cal. Augusti, anno 1696, Johannes-  
Franciscus, patrem habuit Franciscum-Isaac de  
*la Cropte*, comitem de *Brancac*, matrem vero Ma-  
riam Annam *Van Gangel*. Delegatus e secundo  
ordine provincie Burdegalesis ad conitia cleri  
generalia anni 1723, lauream doctorem in  
Sorbona adeptus est VII calend. Novembris anno  
1726. Vicarius generalis erat episcopi Lemov-  
vicensis, quando ad episcopatum Noviomensem  
assumptus est V calendis Septembris anno 1733, 1733.  
statimque cessit abbatia quam possidebat sancti  
Martialis Lemovicensis. Consecratus est anno  
sequenti in sacello seminarii S. Sulpitii Parisiensis 1734.  
V idus Nov. Sedit in Parlamento inter Pares VII  
idus Martii anno 1739. Legatus est unus ex præ-  
fulibus provincie Remensis ad conitia cleri gene-  
ralia anni 1742, factus brevi regio XVII cal.  
Maii anno 1745 abbas S. Quintini de Monte. 1745.

ANNI  
CHRISTI  
OF LA  
CROPT DE  
BOVROIS

## DECANI NOVIOMENSES.

**D**ecanorum Noviomensium seriem descripserunt post Vassorum Sammarthani. Eandem hic exhibemus, sed castigatorem multo & locupletiozem.

I. Berengarius decanum gerebat sub Ratbodo I episcopo Noviomensi, aut saltem sub Harduino ejus successore, hoc est anno circiter 1000. Scripsit de iis qui bene meriti sunt de ecclesia Noviomensi ad Ratbodem usque; quam scriptunculam legesit in epistola Guidonis thesaurarii inter instrumenta. Mirum quod Vassorius pag. 1318 ipsum collocaverit sub Ratbodo II; Ratbodus enim de quo Berengarius agit, proxime successit Liudolfo, quod in Ratbodem I cadere debet.

II. Acharius subscripsit anno 1046 chartæ Balduini I episcopi Noviomensis de advocacione Verleii, quod est prædium abbatiæ Eligianæ, in qua paulo post ipse monasticen amplexus est.

III. Robertus I, sedebat anno 1049 ex chartis Eligianis. Frater erit Guidonis thesaurarii, qui ad eum scripsit epistolam quam modo laudavimus in Berengario, ejusdem vero Berengarii ex fratre vel ex sorore nepos.

IV. Arnulfus sedebat anno 1055 ex chartophylacio capituli.

V. Gerlinus subscripsit anno 1086 chartæ Ratbodi II episcopi Noviomensis, altare Capiaci E ecclesiæ Cluniacensis concedentis.

VI. Herimarus occurrit in instrumentis anno 1092, 1094, & 1097.

VII. Robertus II præerat anno 1098, quando Baldricus electus est episcopus Noviomensis; de qua electione habes epistolam ipsius Roberti ad Lambertum episcopum Atrebatensem apud Baluz. Miscell. tom. 5. pag. 309.

VIII. Roscelinus subscripsit annis 1102 & 1113 donationibus factis monasterio Lehenensi, & anno 1115 judicio lato a Lamberto episcopo Noviomensi in gratiam monasterii S. Crispini Majoris apud Suesiones. Recensetur anno 1121

in instrumento ejusdem Lamberti episcopi, de transfacione pacta inter capitulum Noviomense & monachos Belli-loci. Alteri instrumento Baldrici episcopi concedentis anno 1104 personam duarum capellarum in pago Medevatiensi postarum Joranno abbati sancti Nicasii subscribit *Gonterus* decanus; sed ille decanatum Tornacensem obtinebat, non Noviomensem.

IX. Fulcherus occurrit an. 1122; subscripsit an. 1124 chartæ Simonis episcopi Noviomensis in gratiam monachorum Humolarium apud Hemeræum instrum. pag. 41.

X. Balduinus I præerat anno 1130; dedit anno 1132 ecclesiæ Cluniacensi terram Rodulfsyadi ad constituendam abbatiæ. Occurrit adhuc anno 1140 in tabulario Lehenensi. Postea monachum induit in monasterio S. Eligii.

5 Hic quedam scheda reponit *Guillelmus*, qui decanus erat anno 1142, & postea ex *Hermanno*, Spicil. tom. 1. 2. pag. 478, abbas in ordine *Clarevallensi claruit*. Sed de Tornacensis, non de Noviomensis ecclesiæ decano loquitur *Hermanus*. Expungendus ergo ex alio decanorum Noviomensium *Guillelmus*, & in serie decanorum Tornacensium, ubi eum prætermisimus, *Guntherum* inter & *Galterum* collocandus.

XI. Balduinus II, patruo Balduino I cedenti suffectus, occurrit in instrumentis ab anno 1145, quo subscripsit chartæ Simonis Noviomensis episcopi in gratiam monasterii Longi-pontis, factus & ipse anno 1167 episcopus Noviomensis hujus nominis tertius. Anniverfariam, tam suam quam patris sui, fundavit sub hac forma: *Ego Balduinus Dei gratia Noviomensis episcopus, natum facio quoniam ego jam dudum ob animæ meæ, & patris mei Balduini quondam Noviomensis decani remedium, & ad celebrandam deinceps eidem anniverfariam, ecclesiæ B. Eligii in qua ipse factus monachus in pace requievit, censum decem & novem solidarum, & duorum denariorum, uniusque oboli, in elemosynam*

Chart. VII.  
col. 165.

contradideram anno Domini MCLXXIV. In necrologio S. Eligii leguntur hæc verba: *Ad anniversarium hujus Balduino faciendum dedit nobis nepos & successor suus decimas, postmodum episcopus, Balduinus XXX solidos census.*

XII. Radulfus de *Bourbourg*, Lamberti Ardrensis, castellani Burburgensis, ex Beatrice Aloftentis filius, assensum præbuit anno 1172 donationi quarundam terrarum factæ a Balduino de Balliolo ecclesiæ Clari-marisci. Occurrere adhuc dicitur anno 1174. Obiit paulo post apud Peronam, quom de eo post obitum Balduino III in episcopum assumendum cogitarent canonici Noviomenses, sepultus in ecclesiâ S. Fursæi.

XIII. Hugo I, occurrere dicitur annis 1175 & 1181; quod postmodum conciliaris nequit cum vulgata Johannis qui sequitur chronologia.

XIV. Johannes de *Breteil*, obtinuit anno 1179 ab Alexandro III papa confirmationem abbatiæ S. Mauricii datam capitulo Noviomensi ab episcopo *Tranfmaro*, necnon omnium jurium capituli. Delegatus anno 1182 judex a sede apostolica cum *Raiualdo* episcopo Noviomensi, adjudicavit *Rainero* abbati S. Eligii-fontis decimas de *Brati*. Sedebat adhuc ex *Vassorio* anno 1183.

Defuncto *Johanne de Brito*ho, decano Noviomensi, ex veteribus schedis, super faciendâ decani electione, violenta ac schismatica quorundam ecclesiæ canonicorum presumptione unitatem ipsius ecclesiæ cum modum turbari contigit ac dissolvi. Ad quod *Leinceps* vicarius *Reinoldus* Noviomensis episcopus omnes intrusores ac schismaticos anathematis sententia dignè prævenit; passimque suspensionis ac privationis omnis in ecclesiâ beneficii donec satisfecerint irrogans, sententiam suâ attestatione & sigilli sui impressione confirmat.

XV. *Hugor de Couci*, electus ex *Vassorio* anno 1183, memoratur adhuc annis 1187, 1192, 1201 & 1204.

XVI. *Johannes de Buchi*, transegit an. 1208 D cum *Hugone* majore de *Thyeourt*, ex tabulario *Urli-campi*; præerat adhuc anno 1219.

XVII. *Guillelmus de Montibus*, occurrit annis 1220 & 1224 in eodem tabulario.

XVIII. *Thomas*, alius, sed male, *Theodericus*, judex rogatus & electus, composuit litem inter *Balduinum* presbyterum, & *Florentium* abbatissam conventumque *Calensem* de presbyteri illius præbenda & ejusdem procuracione certis diebus assignata; quod factum videtur anno 1225 aut 1226. Adhuc anno 1233 concilio *Quintinopolitano*. Statuit anno 1236 in capitulo, ut qui capellaniam in ecclesiâ obtinebit, jurabit quod infra annum ordinem presbyteratus recepturus sit, & quicumque beneficium extra civitatem acceperit, de choro amplius non futurus sit. Occurrit adhuc an. 1243. Jacet in ecclesiâ cathedrali subtus thesaurum.

XIX. *Ægidius de Vitri*, *Ebroini* & *Eremburgis* filius, præerat anno 1248, & anno 1255 quo facta est quadam compositio inter eum & *Arnulfum* abbatem sancti *Bartholomæi*. Præerat adhuc anno 1288.

Johannes de *Vitri*, quem catalogi patrum sufficiunt, decanus fuerit necne dubitat *Vassorius*.

A Eum tamen inter infignes viros qui de ecclesiâ Noviomensi bene meriti sunt, recenset.

XX. *Galterus* reperitur in schedis an. 1291. G . . . decanus occurrit anno 1278, & nominatur adhuc anno 1296 in statutis ecclesiæ *Noviomensis*; sed ad annum 1278 quod spectat, litera solitaria *G. Gilouen* significare debet, qui non est distinguendus ab *Ægidio* *Galteri* decessore.

XXI. *Johannes d'Erchieu*, seu *d'Erchev*, fedebat anno 1297, quo in capitulo generali duodecim clericis qui vicarii vocarentur, fuerunt ordinati, quatuor scilicet diaconi & octo subdiaconi, qui matutinis & aliis officiis mortuorum continuo interesse teneantur pro augmentatione divini officii. Anno 1299 transegit cum *Anfaldo* abbate sancti *Bartholomæi*. Obtinuit a rege anno 1309, mense *Mai*o, licentiam fundandi xenodochium in domo quam habebat apud *Erchev*. Fundavit insuper missam *Guidonis* de *Pratis* episcopi *Noviomensis*. Præerat adhuc anno 1316.

XXII. *Arnulfus d'Osse*, canonicatum obtinuerat anno 1313. Fundavit tria anniversaria, tam pro anima regis *Philippi-Longi*, quam pro fe & omnibus canonicis. Obiit anno 1336.

XXIII. *Johannes d'Erqueri*, frater *Ludovici C d'Erqueri* episcopi *Constantiensis*, consiliarius in Parlamento *Parisiensi*, & bellorum supplicum magister, variis pro rege legationibus functus est in *Occitania*, in *Neustria*, in *Belgio*, ab anno 1343 ad annum 1358. Adhuc anno 1363 conventui coram rege habito *Lutecie* in palatio sancti *Pauli*. Anno 1368 regem ipsum proficiscentem *Tornacum* comitatus est. Obiit anno 1370, sepultus in sacello S. *Lucie* cum hoc epitaphio:

*Pulveris panis marmor tigit ossa Johannis,  
Ercheri nati, tot laudibus intulitatis.  
Annis ecclesiam rexique triginta decanus  
Cum tribus, humanus sanctam reverendo Mariam.  
Hic cum prole suis presulisti utroque peritus  
Consul erat regis, promtus poscentibus agris.  
Fuit C triplici mil. septuaginta, Novembri.  
Christus donet ei sedem summae requiet.*

De eo diximus in *Roberto le Cog*, episcopo *Laudunensi*. Fallimur? an proprio nomine tantisper immutato patrum habuit *Johannem d'Erchieu* aut *d'Erchev*, de quo dicebamus modo?

XXIV. *Petrus Prevôt*, doctor in decretis, canonicus *Parisiensis*, *Noviomensis*, *Laudunensis*, *Tornacensis*, &c. obiit anno 1374, sepultus sub *E* tabula cuprea ante altare S. *Antonii*.

XXV. *Hugo Grimaud*, consiliarius in Parlamento *Parisiensi*, recipitur decanus xv calendis *Septembris* anno 1394.

XXVI. *Johannes de la Riviere*, consiliarius in Parlamento *Parisiensi*, electus est decanus 111 cal. Junii anno 1416. S. nio consumtus vicarium sibi assumit *Ægidium Carlier* fororis suæ filium, ac *Noviomensis* ecclesiæ thesaurarium. Obiit 111 calendis *Decemb.* anno 1446, sepultus in choro subtus aquilam cum hac inscriptione: *Hic jacet vir circumspiciendus veneranda magister Johannes de*



## DE MONASTERIIS DIOECESIS NOVIOMENSIS,

*Quæ vel exciderunt, vel in seculares collegiatas abierunt, vel alio denique transfugarunt.*

**I. S. FURSEUS Peronenfis.** Quo tempore S. A Peronenfem congregatio monachorum, perfeverabat adhuc anno 687, quando pugnatum est ad Texturiciacum; ita enim Annaliis Menseium scriptor: *Plurimi, de exercitu Theoderici regis, ex prælo fuga lapsi, ecclesis & monasteriis sese defendendo crediderunt; quarum maxima turba ad B. Quintini martyris limina, nonnulli ad Peronam Scotorum monasterium, quo B. Furseus corpore requiescit, confugium fecerunt; pro quibus interventu abbatum locorum illarum mirissimus princeps Pippinus, acceptis ab his tantummodo sacramentis, cunctis vitam & hereditatem donavit.* Sed anno 882, Perona urbe a Normannis successa, corruisse simul videntur & monasterium Scotorum, monachus vero seu interfectus, seu fugatus, lareque suos revisurus nunquam, successisse paulo post collegium canonicorum qui locum illum adhuc possident; nisi forte mavis ereptum fuisse monachis non ineunte seculo a clericis secularibus, quemadmodum his temporibus actum est cum tot aliis Scotorum monasteriis; quorum injustam spoliationem lugent patres concilii Meldensis anni 845.

Ut ut sit, clerus ille Peronenfis constabat decano uno, canonicisque quamplurimis, quorum præbende ad regium nominationem spectant. Decanorum illorum indiculum dabimus ex variis que ad nos pervenere schedis, quum tabularium capituli inspicere non licuerit, auctiorem multo & castigatiorem ab ipsis canonicis diutius sed incassum prætolati.

## ABBATES.

**S. ULTANUS,** de quo in prologo, monasterium Fossarum in diocesi Leodiensi regerat, quando diem supremum prænuñciavit sanctæ Gertrudi abbatisse Nivialensis, cujus obitum consignavimus olim tomo III. col. 576, ad annum 658, vel 659. Eodeni anno, aut paulo post, constitutus est ab Erchinoaldo primus abbas monasterii Peronenfis, exceptique sanctum Amatium Sedunensem episcopum, quem Theodericus III rex, intelligente impio Ebroino, illic exularat. Obiit piissimus abbas anno septimo ipsiusdem Theoderici, coliturque in martyrologio Benedicliano, aliisque recentioribus, cal. Maii, quamquam Fossenses canonici festum ejus propter festum apostolorum Philippi & Jacobi in 111 non Peronenfes vero in vi non ejusdem mensis rejiciunt. De sancto Ultano diximus tomo III. col. 932. Ceterum si Peronenfem monasterium Quintiniano hic præponimus, non idcirco persumum nobis est illud esse fundacione antiquius. Sed et quam vix ac ne vix quidem amborum ætas certo definiti posse videatur, chronologia nostra ad eorum abbatum tempora qui primi noscuntur rectissime revocanda sunt. Porro Ebertrannus, Quintiniani monasterii proto-abbas, sedere non cepit nisi sub Mommoleno episcopo Noviomenfi; Ultanus vero Peronenfibus monachis præpositus est

Quæ ab Erchinoaldo fundatore & ab Ultano ablate constituta fuerat apud sanctum Furseum

*Tomus I. X.*

V u u

ab Erchinoaldo Majore-domus; itaque ante obiitum S. Eligii, qui & Mummolenum præcessit, & Erchinoaldo superstit in vivis.

Abbatum qui Peronæ post sanctum Ulanum sederunt, rerumque ibidem gestarum ad illud usque tempus quo transit monasterium ad clericos seculares, perijt memoria.

## DECANI.

**S**UB decanis, anno 1130 ex Vassorio pagina 839, combusta est basilica sancti Fursæi Peronenfis.

I. Gislanus occurrit decanus Peronæ in chartis Lehensibus, anno 1108.

II. Hugo I, præerat ex iisdem chartis anno 1128, mensè Januario, id est 1120.

III. Matthæus, anno 1130, ex iisdem chartis.

IV. Nicolaus anno 1136.

V. Jolbertus, seu Jolbertus, dicitur sedisse anno 1157.

VI. Hugo II, occurrit in instrumentis ab anno 1168 ad mensè Maium anni 1189.

VII. Fromundus, obedientiam promisit ecclesie Noviomenfis anno 1243, mensè Maio, feria v post festum sancti Johannis ante Portam Latinam.

VIII. Philippus de *Montgermoud*, a capitulo electus nondum sacerdos, quum ad presbyteratus ordinem nollet promoveri, in canonicorum offensionem incurrit, qui ut abdicare cogeretur nervis omnibus contendebant. Quod quum ille recusaret, decanatum resignavit in manibus papæ, a quo eundem vicissim impetravit in commendam anno 1268.

IX. Andreas de *Brieu*, præerat anno 1334. Decanatum permutavit cum canonicatu Noviomenfis.

X. Johannes de *Villebrefne*, nominatus est anno 1356.

XI. Henricus du *Brulle*, nominatus est anno 1408.

XII. Nicolaus *Collez*, obiit anno circiter 1446.

XIII. Raimundus *Pouchin-de-Marcilli*, electus a capitulo anno 1446, obiit eodem anno.

XIV. Guillelmus de *Chigni*, magister requærtarum Johannis Burgundi, comitis Stamparum, electus a capitulo anno 1446, permutavit anno 1463 cum sequenti.

XV. Antonius *Girardi*, receptus est an. 1463.

XVI. Johannes *Ejret*, electus est anno 1483.

XVII. Jacobus de *Brunefoy*, electus an. 1504, obiit circiter annum 1521.

XVIII. Antonius *Rayault*, obiit anno 1532.

XIX. Carolus d' *Humières*, electus a capitulo adhuc puer anno 1532, & propter ætatem minus legitimam postulat a summo pontifice, præfuit ad an. 1566, quo ad episcopatum Baiocensem nominatus, decanatum resignavit in manibus regis.

XX. Claudius de *Chanleu*, a rege nominatus, obiit anno 1597.

XXI. Dionysius *Tabary*, æmulum summovit Antonium *Dollé* a capitulo electum anno 1597; receptusque est eodem anno 1x cal. Novembris.

XXII. Ludovicus *Geuffrin*, obiit anno 1612.

XXIII. Philippus *Trefcon*, parochus S. Salvatoris Peronenfis, nominatus est a rege ad decanatum, quem aliquot post mensis regi reddidit, ad parochiam suam reversus.

XXIV. Simon de *Hennin*, nominatus a rege, rexit duodeviginti annis, permutavitque, annuente rege, cum sequenti.

XXV. Antonius *Choquet*, ex cancellario sancti Fursæi factus decanus anno 1631, obiit protonotarius apostolicus aino 1673, mensè Decemb. Delegatus fuerat ad comitia Blesarum generalia.

XXVI. Franciscus de *Vestier*, nominatus a rege, possessionem adiit 1x cal. Aprilis anno 1674, B extinctus 111 idus Maii anno 1721, domo sua successioribus legata.

XXVII. . . . Porcelet-de-Manu, vicarius generalis episcopi Noviomenfis, nominatus a rege, possessionem adeptus est anno 1721; & paulo post abdicavit; idem forte de quo in decanis Noviomenfisibus.

XXVIII. Johannes-Baptista *Cachu*, licentiatum in theologia, vicariusque generalis episcopi Noviomenfis, nominatus a rege possessionem capessit pridie non. Septemb. anno 1722. Obtinuit ut decanatu suo uniretur altera præbenda, cujus in possessionem inductus est pridie idus Maii, anno 1727.

II. S. QUINTINUS *Veromandunfis*. Sunt Quintinopoli basilicæ duæ sub invocatione sancti Quintini martyris, unde urbs ipsa nomen suum desumpsit, dicatæ: altera recentior, dicta S. Quintini in Insula, de qua dicemus paulo infra in monasteriis hujus diocesis quæ adhuc in suo statu perseverant; altera antiquior, de qua hic agendum. Cathedralis eam fuisse olim, hoc est primariam episcoporum Veromanduatorum sedem, Hemeræus pag. 36, & alii non infimæ notæ scriptores, tanquam pro aris & focis pugnant. Sed ut Quintinopolis fuerit urbs episcopalis, *Augusta Veromandua* antiquis dicta, non inde necessario colligas ipsam S. Quintini basilicam fuisse episcopalem. Eusebia quas in paludoso Somenæ loco repererat sanctissimi martyris exuvias elapsis ab ipsis passione annis quinquaginta quinqve, quod cadit in annum circiter 355, eas sepulcro decentiore donavit, ædicula superædificata, quam anno circiter 362 sub Juliano Apostata destructam fuisse tradunt ejusdem acta apud Hemeræum instrum. pag. 9. Rursus igitur jacuit S. Quintinus *tellure tumulatus, deusque ignorantia cooperatus*, in loco primum dissipato, deinde neglecto, tum adeo oblivioni dato, ut *locus corporis ejus populus positus ignoraretur*. Verumtamen post superatum an. 451 a Romanis simul & a Francis Visigoticisque ferocem Attilam Hunnorum regem, aut potius anno circiter 497, post baptismum Clodoveum Magni, inaurata esse videtur ædicula sancti martyris, satagentibus nimirum aut sancto Remigio Remensi, aut sancto Vedasto Atrabatenfi, gentis Franciæ: Apostolis; nihil autem vetat quominus de ecclesia illa intelligatur quod in testamento suo sanctus Remigius ait se *ecclesie S. Quintini jamdiu delegasse*. Sed quamvis rediviva esset ecclesia, nihilo magis sacræ exuviæ quo in ecclesie loco

delitecerent, compertum erat; usque dum sanctus Eligius anno circiter 650, seu, ut aiunt acta superius laudata, annis post ejus martyrium *non minus* 320, eas divinitus repererit; *tambam* [verba sunt Audotini, Spicil. tom. 5. pag. 201] *ex auro argenteoque & generis miro opere desuper fabricavit; ecclesiam quoque, quae exiguâ conventibus populi videbatur, cœnio opusculo ampliatam elevavit.*

Atque ea sunt ipsissima basilicæ Quintiniæ primordia; sed ex quorum vel sola expositione penitus ruit Hemeræi & aliorum sententia qui volunt episcoporum Veromandorum sedem in ea fuisse ab initio constitutam. Enimvero si ecclesia sancti Quintini ædificata anno circiter 355 diruta est sub Juliano imperatore anno circiter 362, neque exsurrexit ante annum 497, aut saltem ante annum 451, necesse est universo hoc temporis spatio vel nullos fuisse Veromanduenfes episcopos, vel in illa ecclesia non sedisse. Porro fuisse nullos quis credat contra scripturam, monumentorumque, & antiquissimæ traditionis fidem? Sederunt igitur præfules illi, aut saltem illorum primi, quod maxime notandum est, in ecclesia plane alia ab ecclesia S. Quintini. Nunc vero quid causæ effect quamobrem priores alibi sedissent, posteriores sedem suam ad sanctum Quintinum transfusserunt, donec rursus a S. Medardo in urbem Noviomum transferrentur? Contendunt Hemeræus & sequaces ejus, Quintinopolim evertam fuisse ab Hunnis anno 451. Numquid ergo urbem evertam elegerunt præfules Veromandui, ut sedem suam episcopalem in ea transferrent, quum e contrario everfionem ipsam lugeant Quintinopolitani, quæ S. Medardo locum dederit, ut post annos tandem octoginta, derelicta, ut aiunt, Quintinopoli, migraret Noviomum? Sed hæc longius producere supervacaneum.

Qui vivere ante annum 451 Veromandorum episcopi, non solum in ecclesia sancti Quintini, quæ vel nondum ædificata erat, vel abierat in parietinas, decennio ad summum natalibus suis superstes, verum etiam in alia qualibet Quintinopolis ecclesia sedem suam collocare non poterunt. Ecquæ enim tunc temporis erat, vel fuit unquam apud Quintinianos, ædes aut basilica ipso sancti Quintini fano vel antiquior, vel augustior? Quod si minus Quintinopoli ad medium usque seculum quintum sedere Veromanduenfes episcopi, restat ut sederint in urbe illa, quæ a multis retro seculis degener, & vicis pene ignobilibus annuerat, *Vermandis* adhuc nomen retinet: neque enim est alius apud Veromanduos locus, qui prerogativam illam sibi vindicare audeat.

Huc adde quod narrat antiquissimus revelationis sancti Quintini scriptor, apud Vales. notit. Gall. pagina 596, & apud Hemeræum instrum. pag. 6, Eusebiam matronam, postquam reperisset anno circiter 355 corpus sancti martyris, voluisse deferre illud in civitatem *Vermandis*, sed propter pondus in quodam municipio quod *Augusta Veromandorum dicitur* illud lepelle. Quare enim in civitate *Vermandis*, non in proximam Augustam? Nempe anno 355 civitas *Vermandis* erat ipsius *Augusta* municipio longe augustior. Sed unde

Tomus IX.

augustior, nisi quod & clerus numerosiorem, & regionis totius principatum, & episcopum ipsum possideret? Hæc vero sufficiant. Neque enim demonstratum profus sed probabilis tantum credimus, episcoporum Veromanduenfium sedem Vermandi ab initio, non Quintinopoli fuisse constitutam.

Ad ecclesiam S. Quintini ut redeamus, non potuit illa quin statim ab insurrectione sua sub Clodoveo celeberrima fieret & jugi christianissimorum civium deprecatione, & multiplicibus peregrinorum illuc religionis ergo concursantium donariis. Sed non videtur ad abbatie dignitatem evecta, nisi post inventas anno circiter 650 sanctissimi martyris, & ecclesiam ea de causa ab Eligio pontifice amplificatam locupletatamque. Certe non occurrunt abbatibus Quintinopolitani ante medium seculum septimum. Dehinc vero ad finem usque seculi noni perseveravit locus monasticis disciplinis addictus: sed furentem Normanorum tempestate monachis fugatis subrogati sunt clerici seculares, quorum qui primas tenere ceperunt magnates laici, abbatis titulum cum redditibus retinere; qui post reditus restitutos illdem præfere et suo collegio selecti clerici, abbatis nomine comitibus suis aut ipsis regibus derelicto, decani appellati sunt.

Porro clerus S. Quintini constat decano uno, canonicis 56, cancellario uno, parochis urbis 12, canonicis sanctæ Pecinæ totidem, capellanis 83; præter vicarios & choristas circiter 20, puerorum chori 10. Singulorum five abbatum five decanorum seriem ea qua potuimus diligentia elaboratam subjungimus.

#### ABBATES MONACHI.

I. **B**ERTRANNUS, Constantiæ natus in Germania, monachus Luxoviensis, sociisque ac cooperatores Mummoleni, Bertini, aliorumque sanctorum five episcoporum five abbatum, de quibus passim in hac nostra Gallia, constitutus est abbas sancti Quintini ab ipso Mummoleno tunc Noviomensi episcopo, ex vita S. Bertini, cap. 4. Certe sedebat sub Clotario III rege, ut probavit Mabilio, Annal. Bened. tom. 1. pag. 463. Euni Molanus inter sanctos Belgii collocavit.

II. Stupilio, uno Vindictiani episcopi Cameracensis diplomate notus est, cui subscripsit anno septimo Theoderici III regis. Sed quantis difficultatibus obnoxium sit diploma illud, leges apud Coitium tom. 4. pag. 125. Ut ut sit tamen de Stupilione, ostendit Mabilio sup. pag. 411, monachos ad sanctum Quintinum degisse dum pugnaretur apud Tetriciacum, hoc est anno Christi 687.

III. Lagbardus, cujus mentio in libro de Miraculis S. Quintini apud Hemeræum instrum. pag. 12, in hæc verba: *Temporibus Logbardi abbatis, quem accideret casu, ut quoddam ædificium edificare conaretur infra claustra monasterii, & in modum palatii perficeretur, &c.* Ad Carolum-Martellum usque nullibi reperire est abbas præter monachos. Sed qui monasterio S. Quintini præferunt his temporibus, eorum pene omnium excidit memoria.

V u u ij

5 Hieronymus, Caroli-Martelli filius, homo A laicus & uxoratus, abbatiam qua donatus est a patre suo tenebat adhuc sub Pipino rege.

IV. Fulradus, Hieronymi filius, quem eundem esse ac Fulradum abbatem sancti Dionysii in Francis, atque idcirco monachum, exillinat Hemeranus; distinguendum esse diximus tomo VII. col. 348, ab illo abbate Dionysiano, quamquam ex alio monachorum non est expungendus. Quum impetrasset ille a Carolo Magno reliquias S. Praejecti martyris, eisdem S. Quintini corpori sociari voluit; sed Deus, qui omnia antequam fiat praevidit, praefatas reliquias alio transferre & locare B disposuit; ubi a fratribus monastico ordine decenter ornatis & abbate praedicti monasterii locata honorifice requiescunt. Ita vetus scriptor apud Hemeranzum instrum. pag. 26 & 27. Unde prima monasterii hujus exordia Fulrado tribuenda sunt; restituito vero Alberto I comiti Veromanduorum, qui tamen primus ejus auctor vulgo censetur. Idem Fulradus summo studio ingentibusque expensis basilicam monasterii sui renovavit, quod opus inchoatum est anno Christi 814, ex his Theodulfi Aurelianensis verbis basilicae turri inscriptis:

*Quum denis lustris ternos minus inclytus annos  
Rex ageret Karolus scepra tenendo pia;  
Rebus & humanis excensus, culmina regni  
Liqueret ingentis, rex Ludovice, tibi;  
Datque obtingens Christi incarnatio felix  
Addere circulis quattuor atque decem;  
Contere capis opus hujus venerabilis aulae  
Abbas Fulradus nobilitate cluens.  
Namque huic Hieronymus, Karolus pater exstitit illi,  
Qui propria specimen gentis ad astra tulit,  
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni  
Ad prolem misti auxiliante Deo.*

Quos versus Hemeranus de continuatione potius D quam de inchoatione fabricae Carolo vivente inceptae vult intelligi. Eodem anno 814 Fulradus adluit concilio Noviomensi, de quo Flodoardus lib. 2. cap. 18. Fuit etiam abbas Laubiensis, diximusque olim tomo III. col. 81, eum in monasterio illo elevari curasse anno 823 corpus sancti Ursiniani, ac triennio post obiisse; quod facile intelligi potest de anno 826. Sed vel triennium illud completum non fuit, ut Fulradus dicendus sit obiisse anno 825, quippe qui hoc eodem anno successorem habuerit apud Quintinianos Hugonem; vel annus 825, quo certum est Hugonem sedisse Quintinopoli, intelligendus est de primis mensibus anni quem nunc computamus 826; adeo ut Fulradus obiit anno 825 juxta veterem calculum, anno vero 826 juxta novam computandi rationem. Ceterum antequam ille e vivis abiret, absolutam vidit basilicam suam fabricam. Nam ex veteri sermone quem mox citabimus, incensa est a Paganis basilica illa anno 883, quam haberet a perfectione sui annos quinquaginta novem; unde necesse est perfectam fuisse anno 824.

V. Hugo, filius Caroli Magni, adhuc puerulus, traditus est Frodoino abbati Novaliciensi a patre suo, ut eum ille in sancta & monastica professione

nutreret, ex chronico Novaliciensi. Defuncto imperatore Ludovicus-Pius Hugonem fratrem suum cum aliis duobus fratribus Drogone & Theoderico ad se vocavit, & in palatio una secum nutriti praecipit; sed postea metuens ne turbas cerneret, ad conventum publicum eos venire praecipit, totundem, & per monasteria sub libera custodia commendavit. Ita Nithardus, cui concinit Theganus in hunc modum: *Ludovicus jussit fratres suos tonsurari, Drogonem, Hugonem & Theodericum, ad discoridiam mitiandam, & liberabius disciplinis jussit instrui, quos postmodum honorifice constituit: Drogoni episcopatum dedit, & Hugoni caenobialia monasteria.* Jam vero inter eas quae Hugo possedit abbatias, prima occurrit ipsa Novaliciensis in qua educatus fuerat. Extincto enim abbate Amblullo, Frodoini successore, in ejus loco protinus ad regendam Novaliciensem ecclesiam dominum & sanctam promoverunt fratres Hugonem, Caroli Magni filium; ut legitur in chronico superius laudato. Deinde in abbatia S. Quintini proxime successit Fulrado: sic enim legitur in sermone de tumulatione SS. Quintini, Victorici & Cassiani, apud Hemeranzum instrum. pag. 20: *Anno Dominicae Incarnationis 825, ab Hugone monastico abbate, & a Drogone Metensium videlicet pontifice, ab illo loco iterum elevatur sanctus Quintinus, aromatatumque huiusmodi gratanter perfunditur. Dedicata quidem episcopali benedictione basilica, a Fulrado memorabili abbate honorabiliter constructa, Christi martyris Quintini membra in honorabili crypta tertio tumulantur.* Eodem loci Hugo dicitur Sophisticus abbas, sive errore librarii Sophisticum scribens pro monastico, sive potius voce illa concionator significare voluerit *sapientem*. In alio vero sermone apud eundem Hemeranzum ibid. pagina 25, dicitur *Monacho-preful*, errore adhuc Amanuensis, ut conjicere licet, pro *monacho-preful*. Tertiam Hugo ille possedit abbatiam S. Bertini, de qua in eo jam diximus tomo III. col. 489, sed paulo jejunius. Excepit anno 842 in basilica sua Quintiniana corpus sancti Cassiani confessoris, ex veteri sermone de quo supra apud Hemeranzum ibid. Anno 843 subscripti privilegio Corbionensis in conventu Germiniacensi. Occisum esse VII idus Junii anno 844 in praedio Encolismensi jam observavimus tomo III, ex Annalibus Fuldensibus & Bertinianis. Rem tamen aliter narrat chronicon Novalicense, sed fabulose admodum, ut monuit Mabillon, Annal. Benedicte. tom. 2. pagg. 233 & 413.

#### ABBATES LAICI.

I. **H**IERONYMUS, de quo supra, abbatum illorum agmen ducit, neque alios a laicis & uxoratis successores habuit ad annum circiter 900, quo tempore transit caenobium a monachis ad clericos seculares, si Fulradum & Hugonem excipias, qui tamen abbatia non videntur donati esse quod monachi, sed quod regum essent sanguine.

II. Adalardus, comes Veromanduensis, memoratur anno 853 in diplomate Caroli-Calvi quod transscripti Hemeranzum instrum. pag. 28, & in alio diplomate anni 863.

III. Gunthardus, comes Veromanduensis, memoratus in libro de Miraculis S. Quintini cap. 29, apud Hemeræus ibid. pag. 17. rexille monasterium videtur anno circiter 870.

IV. Tetricus, comes Veromanduensis, præerat anno circiter 880. Anno sequenti, ipſis cal. Januarii, corpora SS. Quintini & Cassiani propter metum Normannorum Quintinopoli Laudunum delata sunt. Anno 882, calend. Februarii, relata Quintinopolim reddita tunc postredie ecclesiæ suæ. Anno 883, iterum transportata sunt Laudunum, & paulo post, eodem anno, basilica sancti Quintini a Normannis combusta est. Anno 886 Tetricus comes & abbas xii calend. Maii crepit Quintinopolim muris vallare; & pridie cal. Maii corpora SS. Quintini & Cassiani relata sunt rursus in basilicam suam. Hæc omnia cum suis chronologicis notis deprompta sunt ex veteri sermone quem vulgavit Hemeræus sup. ibid. pag. 18 & seqq. Obiit Tetricus viii cal. Julii, ex necrologio Quintiniano.

V. Herbertus I, comes Veromanduensis, cujus tempore, 111 cal. Novembris anno 893, ex sermone quem modo citavimus, Otgerus episcopus Ambianensis attulit Quintinopolim reliquias S. Victoris. Sed quod contendit pag. 84 Hemeræus, nimio partium studio abreptus, Otgerum illum fuisse *canonicum S. Quintini*, reprehensione indiget. Primo enim in veteri fragmento de rebus Ludovici III & Carlomanni regum, quod Samaritani in ipſo Otgero citaverunt, præsul ille dicitur fuisse *canonicus Ambianensis* antequam ejusdem loci episcopus fieret. Deinde legerat ipse Hemeræus apud Dudonem lib. 1, Normannus incendisse *delibram sancti Quintini monasticis rebus præbitalicam*; quod quamvis Dudon referre videatur ad tempora Immonis episcopi Noviomensis, id est ad annum circiter 865, ipse tamen Hemeræus pag. 79, retulit ad annum 882, quem nos computamus 883; unde necessario colligere debuit, hoc anno canonicos nondum fuisse in ecclesia S. Quintini, quippe quæ monachis adhuc parebat. Cæsus est Herbertus anno 902.

VI. Herbertus II, comes Veromanduensis, filiusque Herberti superioris, obiit anno 943.

VII. Albertus, primus hujus nominis comes Veromanduensis, filiusque Herberti II, abbatibus nomen retinuit usque ad mortem, quæ contigit anno 988. Sed reditus abbatie vel omnes vel bene multos eidem restituisse credendus est, quum nomen *Pii* munerit, & ecclesiæ seu monasterii plurima  $\pi$  fundaverit aut reparaverit. Certe sub Alberto Pio occurrunt primi quos verimus ecclesiæ sancti Quintini decani: inde colligendum est ecclesiam illam tunc primam, suis finibus antiquis dominis fuisse redditam, sub novis saltem antiquas possessiones suas ex parte recuperasse, & in perfectum canonicorum secularium collegium esse efformatam. Atque hinc abhincem deinceps a recensendis conscribitur Veromanduorum qui Alberto successerunt. Etsi enim ii omnes aut eorum plerique abbatibus adhuc nomen affectasse dicuntur, illud tamen honoris causa retinuisse dicendi sunt potius, quam

A administrationis domesticæ ullius ad officii. De Philippo Elſatio Veromanduorum comite affirmat Hemeræus pag. 168, nusquam sibi visum esse aut lectum, abbatibus nomen usurpasse; de Philippo autem Augullo, pag. 200, appellasse se patronum duntaxat, & primum canonicum ecclesiæ sancti Quintini.

## DECANI.

D Decanis prævisse olim *Custodes* contendit Hemeræus, pag. 68. *Dignitas custodis*, inquit, *fuit apud nos perhonorifica & ab abbate primata, . . . . decanis longe post introductus*. Nos vero fatemur ultro decanum nullum, custodes quosdam occurrere sub abbatibus monachis, quales *Leodecius* sub Lagbardo, *Sibinius* ante Fulradum, *Veradus* sub Fulrado; sed custodis munus debuit esse ab initio monachi illius officium, qui ad custodiam corporis S. Quintini ceterarumque reliquiarum deputatus erat. Nihil tamen vetat quominus processu temporis officium illud & jura alia sive prærogativas, & reditus quosdam ampliores, imo & primas partes sibi vindicaverit. Sed expleto tandem suis omnibus numeris & partibus canonicorum collegio, qui tunc creati tunc decani primum locum obtinuerunt: quod & ipse sensit Hemeræus, qui in decursu operis sui decanos ab anno 954 anteposuit semper custodibus. Neque obstat quod in instrumentis *Giso* cultus subscripserit anno 954 ante Robertum decanum; *Crispinus* cultus annis 959 & 960 ante Achardum decanum; *Gobertus* cultus annis 983 & 987 ante Simonem decanum; *Gobertus* cultus annis 983 & 987 ante Simonem decanum: præter quam quod enim ex subscriptionum serie plerumque interturbata his temporibus, nihil certi elicitur ad probandum subscriptionum principatum. Simon ille decanus subscripsit ante *Gobertum* illum custodem in instrumento anni 986; posthac vero *Vivianus* ceterique decani aut non subscriperunt una cum custodibus, aut ante ipsos subscriperunt, si unum *Simoneem* excipias episcopum Noviomensem, qui quum custodiam cum episcopatu retinuisse, subscripsisse quandoque reperitur ante decanum, honoris causa ut verisimillimum est propter episcopalem dignitatem. Ceterum rescissa est custodia illa anno 1493 in utilitatem & emolumentum fabricæ; series autem decanorum hæc est:

I. Rotbertus subscripsit anno 954 commutationis quorundam agellorum factæ inter capitulum S. Quintini & monachos Humolarianses.

II. Achardus, sive Wichardus, occurrit in instrumentis annorum 959 & 960.

III. Simon I, occurrit anno 983.

IV. Hugo, annis 986 & 987.

V. Vivianus, sub cujus præfectura, an. 1015, Richardus I dux Normannorum dedit canonicis S. Quintini abbatiam Evrardi-ecclesiæ & ecclesiam Esfoldi-villæ, utramque apud Caleres sitam, ad preces Dudonis canonici, postmodum vero decani; super qua donatione leges Descriptioem geographicam & historicam superioris Normanniæ a Plesæo nostro adornatam tom. 1. pag. 362.

VI. Dudo, Neustrius, decanus super congregationem S. Quintini (ita enim titulum suum sibi ipse adscribit) Viviano subrogatus est, vir eruditione et ferebant tempora illa florentissimus, & apud duces suos gratia praestantissimus. Historiam Normannorum scripsit tribus libris, poetico, seu potius turgido & inflato stylo, graecis verbis latinique verbis maximam partem tessellato; quod opus Adalberoni episcopo Laudunensi nuncupavit.

VII. Rothardus, reperitur annis 1043 & 1047. Sub eo mensam communem canonicorum in portiones seu praebendas dissectam esse existimat Hemeræus, ingenti, inquit, detrimento sacrae disciplinae.

VIII. Guido, ex decano & custode sancti Quintini, necnon archidiacono Laudunensi, factus est episcopus Bellocacensis anno 1063, aut 1064.

IX. Effredus composuit anno 1067 cum Guafcelino advoco Viriaci, cujus compositionis chartam vulgavit Hemeræus pag. 121. Biennio post adfuit dedicationi ecclesiae sancti Quintini Bellocacensis; cujus paulo post Ivo abbas, postea vero episcopus Carnotensis, praebendam unam in ecclesia S. Quintini Veromanduensis impetravit ab Adela comitissa, ab uno e canonicis regularibus abbatis suae possidendam: quod Philippus I, rex Francorum confirmavit diplomate quod leges apud Hemeræum instrum. pag. 39.

X. Odo, praerat ex Hemeræo anno 1070. XI. Deodatus, cessit ecclesiae suae anno 1090 altare Rupiaci cujus personatum obtinebat, assentiente Ratbodo episcopo Noviomensi. Sub ejus praefectura altare sunt Niortio Quintinopolim sanctae Pecinae reliquiae, & in ecclesiam inductae quae ejusdem sanctae virginis nomen adhuc retinet; eodemque tempore instituti a comite Veromanduensi Hugone-Magno duodecim canonici distincti in presbyteros, diaconos & subdiaconos, subditi majoris ecclesiae jurisdictioni ac patronatui, cum aliquot capellanis.

XII. Gerardus dedit ecclesiae suae anno 1115 altare de Moy; subscriptus anno 1120 charte Radulphi comitis Veromanduensis in gratiam Praejectinorum; occurrit adhuc in instrumentis anno 1138. Sub Gerardo idem Radulphi comes ad ampliandum decanatum honorem praebendam unam dignitati illi attribuit diplomate quod videlicet apud Hemeræum instrum. pagina 39. Donationem quamdam Gerardi habes tomo III hujus nostrae Galliae, instrum. col. 40.

XIII. Drogo, literas suas sub hac forma plenius incipiebat, quam & decessores suos etiam usurpasse addit Hemeræus: *Drogo Dei gratia decanus*. Praerat annis 1143 & 1158. Literas ejus nuperime eruiimus ex archivo Boheriarum in hunc modum: *Drogo S. Quintini decanus, & universum capitulum, tam praesentibus quam posteris iussumatum esse volumus quod bona memoria Odo, Spineti abbas, cum fratre Othone ad nos humiliter accesserit, & ut terram Boheriarum, quae ultra vivifsumus Istrate abvenit, tam in agris quam in nemoribus & pratis nostra erat, eis obtinendam concederemus, obnixus rogaverit. Nos autem, quia veris Christi*

*A pauperibus optulari nostrum est, quia etiam terra illa spinas & tribulos germinabat, eorum petitioni, utpote quae rationi consentanea videbatur, acquiescimus. Itaque communi consilio & assensu concessum est ut praesatus abbas, & ejusdem loci fratres, terram illam perpetuo a nobis obtineant. Ne vero quod nobis utiliter & ipsi misericorditer adsum est praesumptiva cujuspiam temeritas infirmare vel annullare contendat, chirographi vigorem apposimus, & testium subscriptione roboravimus. † Signum Drogonis decani. † Sig. Fulcanis subdecani, &c. Actum in capitulo S. Quintini anno 1143, indictione 6. epacta 14.* Sub ejus praefectura, anno circiter 1150, Balduinus II episcopus Noviomensis canonicos sancti Quintini molebare cepit; unde Radulfus comes Veromanduensis scripsit ad regem in hunc modum: *De quo praesule tam saepe in praesentia vestra locutus sum, qui non desistens ab incipio suo, exhereditatem toto posse suo quarit, & ecclesiam sancti Quintini, quae mea tutela atinet, sibi subleare intendit: rogans obnixius ut praedicta ecclesia & decanus in nullo super hoc turbentur, neque detrimentum patiantur.*

XIV. Werricus, praerat annis 1165 & 1179. Hujus forte tempore, forte etiam sub Drogone decessore suo, Alexander III papa literas dedit ad capitulum Quintinopolitanum, alteras de relictibus praebendae denegandis canonico non residenti, nisi sit ille comitis Veromanduensis capellanus; alteras de procuratore episcopi Noviomensis in haec verba: *Quoniam Noviomensis episcopus ecclesiam vestram in die solemnitatis ejusdem ecclesiae, quo eam annuatim visitare tenetur, usque adeo gravare dicitur, duceus secum numerosam multitudinem hominum & equorum, quod visitatio sua in gravem ejus ecclesiae jacturam reducat, auctoritate apostolica artius interdiximus, & modis omnibus prohibemus, ne episcopi Noviomenses qui pro tempore fuerint plures quam triginta & quinque homines & triginta equitaturas ad eandem ecclesiam ducere audeant; nullamque canonicis molestiam inferant, quominus eo contenti sint quod eis pro tot hominibus & tot equitaturis honeste ac sufficienter discretis assignandum.*

XV. Anicius, praerat anno 1193. Sub eo aut sub successore suo Philippus-Augustus rex communiam Quintinopolis confirmans anno 1195, haec statuit: *Nullus de communia debet respondere persona christianitatis extra villam; sed tantum decano S. Quintini in capitulo ejusdem burgenses respondere debent; si vero eos extra capitulum fore extra villam aliquis invitaverit, bona suile super jure suo illis auxilium conferre debemus.*

XVI. Daniel, praerat anno 1200. Hunc fastu paulo turgidior, inquit Hemeræus, nova sibi quaedam vindicasse, & superbius ostentasse dictaturae suae fasces declaravit capitulare decretum, cui & ipse coactus est subscribere in haec verba: *D . . . decanus & capitulum S. Q . . . inter nos firmiter statutum est, quod in omni negotio ad ecclesiam pertinente, si quid per errorem, negligentiam, vel malitiam, malefactum indebit vel omisum, in quo capitulum contradicat, illud nullis aliis literis obstantibus, decano absente, vel etiam presente & contradicente, per solum capitulum poterit emendari.*

*Actum anno Domini 1207, mense Octobri. Occurrit adhuc D. . . . annis 1208 & 1213.*

XVII. Johannes de Barastrâ, præterea ex Hemerico anno 1214; quo quidem anno post obitum comitis Eleonoræ comitatus Veromandensis ad reges nostros reversus est: unica vero totius urbis parochia, quæ ad ipsam S. Quintini ecclesiam pertinebat, dissecta est in novem parochias, jubente Roberto de Courtonne, cardinale & apostolice sedis legato. Johannes sacellum sancti Jacobi in monte S. Genovefæ Parisiensis, quum Universitatis beneficio possideret, cessit eodem in commodum Fratrum Prædicatorum cum potestate circumpositi, consentientibus primariis B viris academiæ Parisiensis, & sibi reservatis tanquam fundatori monasterii quibusdam prærogativis. Quæ vero liberalitate fratres illius instituti Luteciæ adjuvit, eadem opinamur & Augustæ Veromandorum sublevasse promovisseque fundationem cenobii San-Quintiniensis, primi omnium, quotquot in Veromandis ædificata sunt, instituta a S. Dominico sodalitates. Ita Hemeratus, qui & hæc subdit: Initio assumi decanatus, capitulum ipsum litium variarum anfractibus implicavit, vir animo certe paulo vehementiori, qui in alios imperium & præcellentiam ambitiose venatus est semper. Quum ille in academiâ Parisiensis, non in ecclesiâ sua resideret, rogatus multoties ut rediret ad officium curamque animarum, obduravit. Minantibus tandem canonicis annonæ detractionem, sumisit illinc homo iracundus imperiosusque offensæ initia, & vindictæ vellentum quærens ostentavit zelum restituendæ apud suos severioris disciplinæ; sed fecit ejus violentia ut animos minus obsequentes docilesve reperiret. Itaque qui per se non poterat nova consilia exsequi, sociavit arma decanum cum Stephano de Nemours episcopo Noviomensis; & quo haberet illum sibi factiorem, decanatum eidem primo suum, ab omni jurisdictione cujuscumque præfuit, præter summum pastorem, liberum & absolutum (verba sunt Hemerati) exemplo hæcenus inaudito summisit: tum in fratres scriptum publicavit mordax amarulentumque, quo plane manifestum est, in apertam conspirationem cum Noviomensis præfule de prærogativis ecclesiæ S. Quintini abolendis coivisse; hujus autem hæc erant postrema verba: *Nos Deum habentes præ oculis domino episcopo sicut decanus & sacerdos, & ipse nobis ut sacerdos & episcopus, ad invicem in verbo Domini, & fideliter, bona fide, firmiterque promissimus quod in ejus executione propositi pro posse suo neuter alteri deerit ab altero requisitus, quominus procedat hujus correctionis officium inoffense. In cuius rei testimonium & robur præsentem literas sigilli nostri appensione roboravimus. Actum anno gratiæ 1219, mense Aprilis.* Observat Hemeratus pag. 203, Stephanum de Nemours episcoporum Noviomensium primum impetivisse jura collegiatæ S. Quintini; quod quam male sit observatum patet ex iis quæ diximus supra in Drogonæ decano. Ceterum pactum illud Barastræ cum Nemorosio præcellerat sententiâ Honorii III anno 1216, quæ quidem pronuntiaverat summus pontifex, *supradictam eccle-*

*siam sancti Quintini præfato episcopo jure dicitur subiectam; in civibus autem dictus episcopus in singulis canonicis ejusdem ecclesiæ jurisdictionem non habet nisi mediante decano. Datum Laterani, pontificatus anno primo.* Sed executionem bullæ hujus novæ lites impediærant, inquit rursus Hemeratus: altera nimirum de appellationibus; nam provocationum causas ad forum Noviomensem transire omnes oportere episcopum contendebat, capitulo obluante: altera de parochiis recens in eum institutis, quas sibi præfule vindicabat, eodem capitulo denegante. De priore autem judicavit Honorius III anno 1220, æquum esse ut nulli facultas eriperetur appellandæ curiæ Noviomensis; de posteriore vero officiales Remenses dixerunt, nihil juris in parochiis controversas celsurum episcopo, nihilque proventus earumdem esse ipsi rediturum: quem sententiam confirmavit anno 1224 idem summus pontifex. Paulo post Gerardus episcopus & visitationem & correctionem castigationemque canonicorum aggressus est: illi vero quod reluctarentur, censuris a præfule percussis. Appellatus Gregorius IX papa arbitros controversiæ delegavit; sed arbitris mandati firmatricem, quam citavimus in ipso Nicolao. Sed nec propterea turbæ conticuerunt; adeo ut totius controversiæ electus sit a litigantibus arbiter Petrus de Colle-medio archiepiscopus Rotomagensis, qui sententiam tulit sub Vermondo Barastræ successore. Interea vero Barastram ipsum minime referentem capitulum proventibus sacerdotii sui privavit; tres autem canonici Noviomenses, novæ hujus lites iudices designati a Gregorio IX, plenam ei annonam quantumvis absentis debitam esse decreverunt eodem anno 1232. Nec plura de Barastrâ; nisi quod anno 1220 quosdam molendinos cesserit communiæ Quintinopolitanæ, composuerit eodem anno, mense Decembri, cum rege de justitia in vice-comitatu sancti Quintini; constitutus sit anno 1227 a Gregorio IX arbiter cum episcopis Remensi ac Silvanestensi inter Universitatem Parisiensem & religiosos ordinum Mendicantium; denique anno 1229, mense Maio, elevari curaverit corpora SS. Quintini, Victorici & Cassiani. Videtur non obiisse ante annum 1233; ad hunc enim circiter annum pertinere dicitur instrumentum quoddam his verbis expressum: *Johannes decanus ecclesiæ S. Quintini. . . Noverint universi quod quum major & jurati de S. Quintino nos in curia Remensi auctoritate ordinaria convenissent, talem contra nos petitionem ediderunt, &c. . . Item dicunt quod quando idem decanus vel ejus officialis objicit aliquid quod deliquit, vel quando abquis appellat ab ejus auctoritate ad curiam Remensem, ipse decanus vel ejus officialis in præjudicium ipsorum appellantium minus competentes & adeo breves facit monitiones, puta trium dierum vel minus, quod appellans non potest sine magna difficultate intra tempus monitionis a curia Remensi*

propter jus suum tuendum literas impetrare; quod est A  
contra jus & consuetudinem antecessorum suorum ob-  
servatam, &c. Ex hoc porro instrumento colligunt  
canonici Quintiniani, iudicium ab Honorio III  
latum anno 1220 de appellationibus, nullam  
tunc vim legis habuisse.

XXVIII. Wermondus, obedientiam promisit  
anno 1234 Nicolao episcopo Noviomenſi. Anno  
1236 pacem conciliare crepit inter capitulum  
& episcopum Noviomenſem, quæ mense Januar.  
anni sequentis, id est forte 1238, firmiter coag-  
mentata est iudicio archiepiscopi Remensis. Fuere  
autem iudicii huius plura capita, quæ recensuit  
Hemeræus pagg. 200 & 225; sed sententia illa  
non omnem discordiarum fomitem tulit, quæ  
identidem recrudere. Anno 1238 Wermondus  
maiores, scabinos & juratos S. Quintini adegit  
ad præstandum illud sacramentum quod Philip-  
pus-Augustus rex sanxerat anno 1213 in hunc  
modum: *Volimus & concedimus dilectis & fidelibus  
nostris decano & capitulo S. Quintini, quod major  
& junati & Scabini qui modo sunt, super sacro-  
sancta in ecclesia sancti Quintini pro se & tota villa  
jurabunt, quod bona fide custodient corpora decani  
& canonicorum S. Quintini & clericorum ejusdem  
ecclesie, & universas res eorum in potestate sua con-  
stitutas. Et centum alii burgenses ejusdem villa, quos  
canonici bona fide nominabunt, idem facient sacra-  
mentum. Si vero aliquis de villa qui hoc non fecerit  
sacramentum, fiat major vel juratus vel scabinus; &  
si aliquis de predictis centum burgensibus moriatur,  
heres ejus vel successor idem faciet sacramentum.* Præ-  
erat adhuc Wermondus anno 1249.

XIX. Nicolaus I, præerat anno 1251. Obti-  
nuit anno 1254 ab Innocentio IV papa bullam,  
qua capitulo S. Quintini asserbatur jus deputandi  
sacerdotes qui saluti animarum adlaborarent. Dedit  
anno 1256 fratribus SS. Trinitatis hospitale de  
Bellis-portis. Anno sequenti, Dominica ante Na-  
tivitatem beate Mariæ virginis, translatae sunt de  
navi basilicæ in chorum reliquæ SS. Quintini,  
Victorici & Cassiani, præsentibus christianissimo  
rege, liberis ejus, episcopis sex, magnatibus  
plurimis.

5 Vacabat decanatus anno 1268, quo ex  
thesauro chartarum regiarum petiere canonici ab  
rege licentiam decani eligendi.

XX. Bartholomæus, quædam statuit anno  
1270, mense Novembri, de capellanis in ec-  
clesia sancti Quintini fundatis. Eodem anno,  
vacante decanatu, canonici licentiam eligendi  
postulavere.

XXI. Gauridus de Barbo, seu de Barro,  
quem in decanis Parisiensibus tomo VII. col.  
206, diximus fuisse decanum sancti Quintini  
ante annum 1273, videtur hic collocandus.

XXII. Gerardus de Duffiac, transiit anno  
1278 de aquis stagnique Vermandensibus. Eo-  
dem anno licentia eligendi decani petita.

XXIII. Johannes de Barastra II, decanatum  
obtinebat anno 1278, ex Hemeræo.

5 Anno 1282, licentia eligendi decani petita,  
ex thesauro chartarum regiarum.

XXIV. Petrus Vendolienſis, de quo nihil apud  
Hemeræum præter nomen.

XXV. Michaël de Becco, perullifili genere  
apud Neustrios prognatus, præerat ex Hemeræo  
anno 1293. Matthæus Buridanus & uxor ejus  
nofocomium in urbe suis sumbitus adificaverant,  
additis largis proventibus: in eo utriusque flexus  
miseri primum succurrerant ægrotis; sed postea  
expulsi fratribus, sole foretes remanserant, in-  
firmis opem laturæ. Locum hunc Guido I epi-  
scopus Noviomenſis episcopali regimini subji-  
ciendum esse contendens, & ad se unum spectare  
sacramentorum in eo dispensandorum facultatem,  
rem divinam ibidem peregit, sacrificque operatus  
est. Occurrant episcopo Quintiniani canonici,  
& ab eo contentam calcataque veterem transac-  
tionem, & nofocomium in sua districtione pos-  
sum solis capituli legibus administrationique sup-  
ponendum. Semivivus tandem præful scripto  
professus est anno 1294, nullum capitulo præ-  
iudicium aut jacturam inferendam ex eo quod  
illuc sacra peregrisset. Anno vero sequenti Simon II,  
Guidonis successores, agnovit ecclesias quascunque  
sive oratoria in districtione capituli posita, ejusdem  
jurisdictioni subjacere. Sed decem circiter  
post annis renovata dissentione Andreas episcopus  
canonicos excommunicatione percussit, quam ta-  
men anno 1309 recantare coactus est. Triennio  
post, Michaël dephanus factus a Clemente V  
cardinalis titulo S. Stephanus in Cælio monte, nomen  
in curia Romana vulgo obtinuit *Michaëlus de  
Francis*. Stat ejus effigies imposita columellæ in  
ecclesia cathedrali Parisiensi, cujus etiam fuit ca-  
nonicus, & e regione imago sancti Michaelis, cui  
cathedrali legavit 860 libr. Paris. pro fundatione  
capellanæ & anniversarii sui; ecclesiæ vero sancti  
Quintini 100 libr. Turon. pro anniversario suo,  
largamque pecuniæ summam pro capellanis ibi-  
dem instituta, quæ *primarium missarum in cryptis*

D appellata est. Mortuus est Avenione sub Johanne  
XXII, anno 1316; sed 14 cal. Septembr. anno  
1318 corpus ejus Luteciam translatum, deposti-  
tum est in ecclesia Parisiensi; unde translatum est  
denuo 1111 cal. Septembris anno 1320 in ecclie-  
siam Carmelitarum Plateæ Maubertiæ.

XXVI. Nicolaus a S. Justo, doctor theologus,  
summusque collegii Navarraz apud Parisios præ-  
fectus, decanatum adeptus est anno 1318 ex  
Hemeræo. Quod accepta referenda est perfectio  
collegii quic Johannes Choletus cardinalis fun-  
davit Luteciæ, coemto in hanc rem palatio epi-  
scopi Silvanætenſis; nam fecerat Choletus Nico-  
laum supremæ voluntatis sue curatorem. Donum  
ipse quam inhabitabat emit anno 1329 ab abbatæ  
sancti Martini Laudunenſis pro se, suisque succes-  
soribus decanis, certis quibusdam conditionibus  
quæ lege apud Hemeræum pag. 267. Testamen-  
tum suum condidit anno 1332.

XXVII. Simon de Parisius, hoc circiter tem-  
pore collocandus visus est Hemeræo.

XXVIII. Eustachius de Noviono, de quo nihil  
præter nomen.

5 Hoc circiter tempore collocandus forte  
est *Petrus Columbarii*, seu *Bertrandi*, episcopus  
Atrabatenſis,



Atrebatensis, quem tomo III. col. 338, asserimus fuisse decanum S. Quintini, Hemeræo tamen ceterisque omnino incognitus.

XXIX. Guillelmus *Parvi*, doctor theologus, obiit vel cessit anno circiter 1338.

XXX. Johannes *Bosketh*, sefebat ex Hemeræo anno 1339; occurrit adhuc in instrumentis anno 1350.

XXXI. Johannes *de Mollea*, præfuit ex Hemeræo ab anno 1353 ad annum 1365.

XXXII. Petrus *de Roya*, ab anno 1365 ad annum 1379, quo obiit.

§ Vacante decanatu, Robertus Hervilius, Veromanduentis jesuefcallus, regulam intercepti temporalitatis ejusdem, inquit Hemeræus pag. 297.

XXXIII. Guido *de Roya*, decanatum adeptus an. 1380, eundem abdicavit anno saltem 1390, quo factus est archiepiscopus Remensis.

XXXIV. Richardus *de Loz*, factus decanus anno circiter 1390, ecclesiam suam litibus diuturnis perturbavit, morientique non deposuit animi in capitulum exasperati offensionem, sepultura apud Franciscanos urbis electa anno 1405. Sub eo curia Remensis, quæ primum jurisdictionis gradum usurpabat in civis Quintinianos, compressa est anno 1402 judicio Parlamenti Parisiensis, quo Quintiniane curiæ confirmatus est, salva ad Remensem appellatione.

XXXV. Guido *Clerici*, vestigia decessoris premissi, & capituli se caput esse dictitans, in certamen incurrit illud quo vix se Richardus expedierat; sed tandem agnovit totius capituli jurisdictioni subjacere etiam decanos, instrumentoque publico professus est. Sedit ex Hemeræo ab anno 1405 ad annum 1423.

XXXVI. Nicolaus *Amantis*, doctor theologus, ex eodem, ab anno 1423 ad annum 1440.

XXXVII. Johannes *Molet*, decretorum doctor, vir eruditione, vitæque probitate perinsignis, ab anno 1440 ad annum 1487. Præfuerat ante adeptum decanatum prætorio ecclesiastico capituli S. Quintini. Jacet in navi ecclesiæ cum epitaphio affixo ad columnam ejusdem navis. Ita Hemeræus qui nullam forte obiit notam chronologicam deprehendit in illa inscriptione.

XXXVIII. Nicolaus *de Sains*, electus anno 1487. Sub ejus præfectura, anno 1493, custodia sive thesauraria ecclesiæ sancti Quintini, secunda controversiarum parens, novaque semper lite grava, inquit Hemeræus, tandem extinguitur votis communibus, & ejus qui dignitatem illam possidebat, & capituli S. Quintini.

XXXIX. Petrus *de Genest*, e nobili familia Agri Ambianensis, præerat anno 1510.

XL. Bonus *Mont-Chevalier*, nobilis Cameracensis, filius Jacobæ *de Warlesel*, archidiaconus Catalaunensis, præpositus Cameracensis, canonicus Ambianensis, Julio II papæ a cubiculis & secretis, decanatum adeptus est anno 1513.

XLI. Johannes *de Hallum*, Francisci episcopi Ambianensis ex fratre nepos, sedebat an. 1518, item abbas S. Praejecti.

XLII. Franciscus *de Brouilli*, clara apud Veromanduos familia, possessionem inivit anno 1523.

*Tomo IX.*

A Juramenta Scabinorum excepti ad majus altare annis 1530 & 1533. Hujus effigies temporibus Hemeræi exstabat extra chorum ante imaginem Christi a Pilato traducti, commodius alibi, inquit ille, forte collocanda.

XLIII. Philippus *de Rouvroi-Saint-Simon*, filius Ludovici *de Saint-Simon*, & Yolandis *de Rocherbon*, sedebat anno 1543 aut 1544, abbas item Genliaci.

XLIV. Johannes *de Bours*, regi ab elemosynis, præerat anno circiter 1546, factus paulo post abbas S. Quintini in Insula, tum anno 1564 episcopus Laudunensis.

B XLV. Antonius *des Planques*, nobili apud Atrebatens familia ortus, præcedentis ex sorore nepos, archidiaconus Laudunensis & Rotomagensis, decanatum obtinuit anno 1564, vir moribus integerrimis, & ad civilem societatem suavisimis, sacraque disciplinae severus cultus.

XLVI. Stephanus *Bolonienfis*, præerat anno 1597 ex Hemeræo; fundavit anniversarium suum mille nummis auris. Eo sedente & procurante duæ præbendæ ecclesiæ suæ attributæ sunt in perpetuum anno 1606 ejusdem ecclesiæ decanatu; duæ vero aliae relictae in salariam quatuor vicariorum, qui possent amoveri ad nutum.

C XLVII. Johannes *Arnulphi*, Stephani Bolonienfis nepos ex Hemeræo, sedebat anno 1618. Obiit anno 1621, mense Octobri.

XLVIII. Franciscus *de Ferre-de-Gaumartin*, episcopus Ambianensis, electus a canonicis tv cal. Novembris anno 1621, causam vicit xiv calend. Aprilis anno 1622 apud Patres conscriptos majoris consilii adversus Petrum *Pelissier*, Johannis Arnulphi nepotem, qui regiam nominationem adeptus erat. Consulatum autem majoris consilii altero consulto Parlamenti Divionensis confirmatum est XIX cal. Septembris anno 1627. Sed anno 1631 Franciscus & Petrus resignare simul in gratiam sequentis: Petrus quidem retenta sibi 600 librarum pensione annua; Franciscus vero retentis similiter 800 libris annui redditus, præter prioratum Montis-fortis-Amalrici, quem in permutationem decanatus accepit.

XLIX. Nicolaus *Pelletier*, presbyter Parisiensis diocesis, atque in jure canonico licentiatas, cedentibus Francisco & Petro, literas nominationis obtinuit a rege IV nonas Januarii anno 1632, sed reclamantibus canonicis sanxit secretius consilium in hæc verba: *Le Roy en son Conseil a ordonné & ordonne . . . que les lettres de provision dudit doyen de S. Quentin, obtenues de S. M. par ledit Pelletier le 2 Janvier 1632, seront réformées; & qu'en celles ne sera fait mention de la résignation dudit Pelissier, ni que la collation dudit doyen appartienne de plein droit à S. M. ains seulement que sadite Majesté y a droit de provision sur l'élection & nomination dudit chapitre, &c. . . . Fait au Conseil privé du Roy, tenu à Paris le 27 Aoust 1635.* Quatruiduo antea Parliamentum Parisiense pronunciataverat super multis controversiæ capitibus que denuo emererat capitulum inter sancti Quintini & episcopum Noviomensem, causa hinc præfuit, illinc canonicis adjudicata. Quod

X x x

pronunciatum legeſis apud Hemeræum inſtrum. A  
pag. 74. Obiit Nicolaus pridie idus Novembris  
anno 1649.

L. Johannes de *Maupcou*, clericus Pariſienſis  
diœceſis, & in utroque jure doctor, electus a cano-  
nicis 111 non. Decembris anno 1649, literas con-  
firmationis provisionisq; obtinuit a rege eodem  
auno xvi cal. Januarii, & poſt ſex dies poſſeſſio-  
nem adeptus eſt. Factus anno 1658 epifcopus  
Cabilonenſis, obiit anno 1677 menſe Maio.

LI. Auguſtinus de *Maupcou*, præbyter diœ-  
ceſis Pariſienſis, doctorque ac ſocius Sorbonicus,  
electus a canonicis v calendis Junii anno 1677,  
literas regias impetravit eodem anno xiv calend.  
Julii; ſed quum literæ illæ collationem regiam  
unice enunciarent, tacita capituli electione, recla-  
marunt canonici. Juſſit autem ſanctius conſilium  
v idus Auguſti, admittendum eſſe Auguſtinum,  
nulla interceſſionis canonicorum ratione ſabita,  
niſi mallent illi bona ſua omnia ſub cuſtodia tradi;  
inde vero factum eſt ut ille ſolenni ritu in poſ-  
ſeſſionem induceretur iv. cal. Octobris. Factus eſt  
poſtea Auguſtinus anno 1693 epifcopus Caſtren-  
ſis, deinde anno 1705 archiepifcopus Auſcitanus.  
Sed anno 1694 abdicavit ſe decanatu.

LII. Franciſcus-Proſper *Choart-de-Burgemal*,  
abdicante Auguſtino, nominatus eſt pleno jure  
decanus a rege chriſtianiſſimo iv idus April. anno  
1694; niſiſque in poſſeſſionem eodem anno  
xi calend. Junii. Recruduerant ab anno 1664  
veteres querelæ de juriſis & prærogativis inter  
epifcopum Noviomenſem & capitulum ſancti  
Quintini: negotium omne tratatum fuerat anno  
1675 ad ſanctius conſilium: major, ſcabinus,  
civeſque Quintiniani acceſſerant ad cauſam anno  
1699: tandem poſt infinitos litium anfractus,  
anno 1703, xv cal. Septemb. adjudicavit ſupre-  
mum regis conſilium epifcopo Noviomenſi omni-  
modam juriſdictionem, tam in decanatu, cano-  
nicos, clericos, & capitulum S. Quintini, quam  
in univerſum novem parochiarum eidem capitulo  
obnoxiarum clerum; de appellacionibus vero a  
ſententiis capituli ſeu ejus officialis, ſtatuit pro-  
vocandum eſſe ad officialem Noviomenſem. Nec  
mora epifcopus placitum regium executioni de-  
mandavit; anno vero 1707 parochis urbis licen-  
tiam fecit unum de ordine ſuo eligendi in præ-  
poſitum, qui ceteros & ſacramentis moribundus  
reſiceret, & mortuos efferret traderetque ſepul-  
tura. Sed reclamantibus canonicis dixit Parla-  
mentum vi idus Auguſti anno 1711, mandatum  
præſulis fruſtra eſſe, capituloque juſ compete-  
re non ſolum decanatu, canonicos, clericosque ſuos,  
verum etiam canonicos S. Pecinnæ, parochosque  
omnes, tam urbis quam ſuburbiorum, & novif-  
ſimis ſacramentis muniendi, & efferendi ad ſepul-  
turam. Ad hæc quum parochi urbis nonnulli,  
qui capellanus in eccleſia S. Quintini poſſidebant,  
capitulis generalibus ejuſdem eccleſiæ addeſſe re-  
nuerent, liſtere ſe hujusmodi conventibus quoties  
vocati eſſent coacti ſunt ſententia lata a curia  
requæſtarum anno 1716, menſe April. Tandem

epifcopi Noviomenſes annis 1706 & 1715 ca-  
nonicos cogere voluerant, ut niſi ritibus ſuis  
ritus carenoniaſque diœceſales teneſſent: vindicias  
autem Parlamentum adjudicavit canonicis eodem  
anno, 111 idus Maii. At biennio poſt, idib. Maii,  
re ad ſanctius conſilium delata, capitulum civeſ-  
que Quintiniani qui capitulo adhaſerant, cauſa  
cecidit. Obiit Franciſcus-Proſper Luteciæ Pa-  
riſiorum vi idus Septemb. anno 1729.

LIII. Ludovicus-Carolus-Spiritus de *Reymond-  
de-Madene*, præbyter diœceſis Arauſicane, do-  
ctorque theologus, pleno jure nominatus eſt a  
rege, niſiſque in poſſeſſionem vi cal. Februarii  
anno 1730.

III S. MAURITIUS. IV. S. STEPHANUS.  
Poſita erant in ſuburbis Noviomii duo hæc mo-  
naſteria, quorum & originem & fundatores igno-  
ramus. Primum eccleſiæ Noviomienſi, alterum  
eccleſiæ Eligianæ horatuz Tranſmarſi epifcopi No-  
viomienſis deſtitit Ludovicum Tranſmarſium re-  
gem medio circiter decimo ſeculo obſervavinus  
in ipſo Tranſmarſio.

V. S. GODEBERTA, ſeu S. GEORGIUS. *Anal. Be-  
néd. tom. 1.  
pag. 333.*  
Monafterium illud fundavit S. Eligius, ibique  
prædiis & cenſibus aſſatim aſſignatis puellarum  
magnum cotum & diſtictam vitæ obſervatio-  
nem inſtituit ſub Godeberta abbatiffa. Hæc apud  
Ambianos nata, quum a multis prociſ in matri-  
monium peteretur, nec parentes haud dubie no-  
bilitatis Clotario rege inconſulto a quo beneficium  
accepterant, puellam cuiquam collocare auderent,  
omnibus ex voluntate principis pendentibus, Eli-  
gius annulo ſuo eam Chriſto deſpondiſſe dicitur;  
Clotarius vero ſuum ei Noviomienſem palatium cum  
ſuburbano S. Georgii martyris oratorio, duaſque  
villas ſicales contuliff. Sed hæc, inquit Mabilio,  
deſumpta ſunt ex libello de ſanctæ Godebertæ vitæ,  
fidei admodum dubiæ. Sepulta eſt piſſima abba-  
tiſſa in æde SS. Apoſtolorum, & que poſt illam  
monaſterio præfuerunt, ignorantur. Ibi tamen  
perſeverabant ſanctimoniales decimo adhuc ver-  
gente ſeculo; ſed eodem circiter tempore Läu-  
dulfus epifcopus Noviomienſis abbatiffa reſciſſa  
reditus omnes canonicis ſuis attribuit; eccleſia  
abbatiffalis in parochiam converſa eſt, que ſanctæ  
Godebertæ nomen retinuit.

VI. HUNNONIS-CURTIS. De parthenone  
illo ita Hemeræus pag. 102. = Fulbertus epifcopus  
Cameracenſis reliquias S. Licardi Anglorum  
epifcopi & martyris, ac ſororum ejus Valeriæ &  
Pollenæ Treſcalli reſoſſas compoſuit (anno circiter  
950) ad *Hunnonis curtem*, ubi tum ſanctimoniales  
ad nuptias agni vocatæ Deo ſerviebant. Eadem  
vero San-Quintinum aliquando tranſportatæ illis  
annis opinor, quibus Eduardo regi agris illis inſi-  
denti ſuas legiones Philippus Valeſius opponebat,  
ut eſſent apud nos a bellorum inconmodis ſecuro-  
riores, in urbis expugnatione poſtea perierunt.

VII. BRITANNIACUM, nunc diœceſis  
Sueſſionenſis. Vide ſupra col. 390.

VIII. S. JOHANNES in *Bofio*, nunc diœceſis  
Pariſienſis. Vide tom. VII. col. 906.



## ABBATIE QUÆ IN SUO STATU PERMANSERUNT.

*Sunt illæ numero quindecim, duæ feminarum ordinis Cisterciensis, duæ pariter feminarum ordinis sanctæ Clare; ceteræ virorum.*

## ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

**S**anctus Eligius Noviomensis.  
Humulariæ.  
S. Quintinus in Insula.  
S. Præjectus.  
S. Quintinus de Monte.

## ORDINIS SANCTI AUGUSTINI.

S. Bartholomæus Noviomensis.  
Hamum.  
S. Eligii-fons, olim Calniacum.

## ORDINIS CISTERCIENSIS.

Urli-campus.  
Favarchiæ, olim Fons-Sommæ.  
Biacchia.

## ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

Vermandum.  
Geniacum.

## ORDINIS SANCTÆ CLARÆ.

Sancta Clara apud Calniacum.  
Sancta Clara apud Peronam.

S. ELIGIUS *Noviomensis.*

S. ELOI  
de Noyon.

**A**D orientem urbis Novioni fundatum est vetustissimum ordinis S. Benedicti monasterium, primitus quidem sancto Lupo Trecenti nuncupatum, sed paucis ab Eligii pontificis obitu mensibus vel annis dictum sancti Eligii; quam denominationem Audoënus Rotomagensis episcopus, Eligii compar, amicus & encomiastes, ipsi loco tribuit. Revocata subinde fuit, Eligiique pontifici vel conjuncta vel præfata seculo duodecimo S. Lupi memoria; cui nonnullis in actis sancti quoque Stephani martyris, quandoque etiam S. Eunnicii confessoris patronorum nomina simul accessere. Positum erat a principio juxta castrum vel civitatis pomeria cœnobium eo loco qui primorum christianorum sepultura deditur fuisse creditur. Illud inter & episcopium ecclesiæ cathedrali contiguum, paludosa referente Audoëno intercedebat via, quam inde dictam *Orarii* vel *Oratorii* veteres affirmant. Sed tandem post varias temporum vices, seculo demum proxime elapso translatum est in urbem, structumque in prato vix centum passibus a sede primaria disparato.

Certam & exploratam loci originem authentica nulla quæ viderim producit monumenta: silet Audoënus ipse, qui tamen Solenniacense & Tornacense virorum, Parisiense ac Noviomense puel-  
**E**larum ab Eligio condita cœnobio minime reticuit, nec quidquam de Lupensis illius quod inviserat primordiis, vel donis huic ab Eligio seu Clodoveo collatis edidit. Natales nihilominus suos ad utrumque, nempe Clodoveam Francorum

*Tomus IX.*

**A** regem, Dagoberti senioris filium, atque ad Eligium pontificem, pii operis institutorem nostri referunt, Lotharii III diplomate fuit, in quo rex teste Vaslorio pag. 924, confirmat monasterio villas quas, inquit, a progenitoribus nostris regibus Clodoveo salicæ & Ludovico sibi datas, antiqua possessione eadem ecclesia tenet. Suffragatur aliud ejusdem Lotharii præceptum, in quo dicitur locus a S. Eligio quondam in monastica religione decenter instructus. Quorum diplomatum etiam quæ super sunt apographa non prolixius annosam præferunt vetustatem, eam sane nostrorum persuasionem ab annis sexcentis invaluisse fati solent.  
**B** Certe florentem Eligio vivente monasterii statum, & sollicitam in illud pontificis caritatem Audoënus indicat, ubi Balderedum Tornacensem abbatem scribit invitatum ab Eligio ne discederet a fratribus suis Noviomii degentibus, ipsiusque loci abbatem Sparvum semel & iterum commemorat; corpus denique defuncti præfatus invita plurimumque reluctante Bathilde regina eo delatum refert. Nullus itaque dubito quin Lupense monasterium, si minus auctore conditum Eligio, saltem ab eo cultum, maximisque donis tam ex proprio penu quam regis ex gazis auctum fuerit. Quippe multorum cœnobiorum parens Eligius, qui monasticis institutis, uti docet Audoënus, nomen dare gestiebat, loci hujus curam abjicere non potuit, in quo vacatione a discursibus & itinerum incommodis, placidissimam a secessos quietem, conceptas ex oratione vires, apostolici denique zeli focos reperiebat.

Mox ut Lupensem in basilicam illata sunt beati martyris pignora, tantis ceperunt illustrari miraculis, ut morbis insanabilibus confecti certam ibi vulnerum ac dolorum medelam invenirent. Hinc Bathildi reginæ, pontificibus, optimatibusque visum, ut obitus recurrente die sancti pontificis conditorium humo efferretur, ejusque membra fidelium oculis ac venerationi paterent. Inde quanta loco dignitas ac reverentia cunctis ab ordinibus accesserit testis est rerum conscius ipse Audoënus, qui sacramenta primo quidem ad Eligii tumulum, mox ad anulum basilicæ vestibulo adnexum fieri solita, patratæque hanc in rem miracula commemorat. Sed qualem deinde progressum habuerint tanti nominis initia jam pridem ignoratum; ut concito gressu ab auspiciis felicibus ad tristem exitum, & Normanni belli funesta excidia properandum sit.

Qui anno circiter 860 Noviomensem urbem flammis addiderunt, Immonem episcopum ceciderunt, aliaque strages edidit Normanni, multo minus obvio S. Eligii monasterio peperere; nec dubium quin præ ceteris abbas & Eligiani monachi trucibus paganorum gladiis cervicibus supposuerint; locusque ipse flammis violatus atque omni spoliatus re familiari tandem intermissione

Xxx ij

deletus sit. Inde ad Rodulfi Noviomensium antistitis mitiora tempora clericorum pusillus grex, ne tantæ dignitatis locus silvesceret, vacuas monachorum sedes occupavit. Id aperte testantur Ludovici Transmarini literæ, quibus eis abbatiolam sancti Stephani, nonnullaque alia concedit hortante Transmaro pontifice. Rodulfi antistitis pium & liberalem in monachos animum prodit Lotharii regis præceptum superius relatum, ad stipulanturque Johannis XV papæ synodales literæ apud Vassor. pag. 733, sic præferentes: *Abbatiam S. Eligii antiquo tempore viris religiosi regule beati Benedicti insulstantibus præordinatam, sed postea insinctu diabolo in canonicorum ordinem redactam, iterumque a Rodulfo venerabili episcopo in anteriorem regulam reduclam, at eo mortuo a canonicis (sub episcopo Fulchario) male invasam, nunc a Lindulfo confratre nostro monastico ordini ut fuerat redditam, in hoc ordine præcipimus permanere, &c.* Liudulfus itaque Romam profectus, Johannem pontificem tunc temporis agentem synodum in basilica sanctæ Crucis in Jerusalem suppliciter adijt, ab eoque restituiti monasterii confirmationem impetravit in mense Martio, indictione prima, quæ ad annum Christi 988 reducitur. Quid a Rodulfo Liudulfoque præstitum sit in Eligianorum gratiam apertius exprimit pontifex his verbis: *Ita duxit ut ea bona que Lindulfus præsul in eadem abbacia invenit, & que postea ipsi adjunxit; nam invenit Rogembri-curtem cum ecclesia, Carisfolam, Magnulsi-curtem, Verlegium cum ecclesia, Maheri-curtem, Balduinum, terras in Aphavo, terras in Bagdwi-curte, terras in Audan, terras in Diva, vineam in Monte, terras in circuito ecclesie que ad ipsam pertinent, & in plurimis terris minutas terras; abbatiam sancti Stephani, & molendinos, & Sikeri-curtem; adauxit vero ipse Buedrium, Calnedium cum ecclesia, Galfinum, Weysum sine no-kendinis, Jahmas, Novam-villam, &c.* Exstant vero apud eundem Vassorium Ludovici Transmarini ac Lotharii regum præcepta, quæ monasterii villas omnes enumerant & auctoritate regia confirmant.

Electus redivivi gregis monastici pius abbas Litrannus, nihil non egit ut regularem disciplinam verbis & exemplis fulciret. Venerunt in solitudinis partem optime affecti Noviomenses episcopi Ratbodus, Balduinus, alique non pauci, quorum uti procerum aliquot opera res familiaris accrevit, & Eligianorum longe lateque propagata religionis opinio viros dignitate præstantes ad conversionem invitavit, ex quibus nonnulli pontificales insulas, abbatiales alii promeruerunt.

Inter hæc virtutum incrementa, frequentibus miraculis ad sancti Eligii corpus ac sepulcrum personabat monasterii basilica, quibus accitis undecunque populus ad sua usque tempora, hoc est ad annum circiter 1090, eo voti causa proferasse docet Ratbodus II Noviomensis episcopus, in sermone de Annuntiatione Virginis Deiparæ, qui dudum in cathedrâ ecclesie legi consuevit. Sic vero loquitur Ratbodus: *Quaedam puella, Erenburgis nomine, nata in suburbio Noviomensi, quæ hoc die festo venerat, suffocabatur. Sapientiori talem ipsi consilio parentes ejus, miseram illam*

*A sancto confessori præsentaverunt Eligio, qui dum ad-viveret doctrina & virtute mirabilis, hodieque frequen-tius Deo disponente, ut ipsi oculis nostris vidimus, virtutum declaratur miraculis: ad ejus sepulcrum vota venentes, preces Deo cum lacrymis offerentes, insecto tamen negotio redire . . . . . In tanto igitur plebis conventu Christus ad matris suæ matrem eos direxit ecclesiam, ut ejus liberaretur meritis in quam peccaverat, &c.* Tam apertum invictumque testis oculati sacrorum antistitis testimonium nemo potest ejurare, quum in codicibus Ratbodo supparibus adhuc perseveret. Hinc vero persualibiter conficitur, eas que & a Ratbodo I Noviomensi episcopo, & a Balduino I Ratbodi II decessore, dete-ctiones seu translationes corporis sancti Eligii factæ jactantur in ecclesia cathedrâ, pro scitibus omnique fide proflus indignis habendas esse: si quidem Ratbodus II se vivo, spirante ac vidente testatur, S. Eligio confessori præsentatam in ejus basilica puellam, & ad ejus sepulcrum vota venentes suis ipse oculis conspexit. Sed de his inferius.

Ejusdem sancti confessoris, aliorumque sanctorum detectas anno 1183 a Rainaldo abbate exvixus fule describit anonymus loci monachus, qui rebus gestis præfens fuit. Ita autem ille: *Con-fluente ex more multitudine male se habentium ex ad-jacentibus longe lateque regionibus ad beati Eligii patrocinium, sæpe & multum plures ex illis non parvis obsecrationibus insistebant, quatenus de præfati sancti pignoris aliqua solito digniora eis ostenderentur, sine de corpore ipsius, seu que ipsi specialis ac vicinias adhaesissent; eo autem tempore in promtu non erat unde votis postulatum satisficeret, excepto uno de sandalio ejus, & cruce vetustissima auri gemmisque operata qua de opere manuum ipsius esse ferebatur. Et hæc quidem agris advenientibus intenua jugiter & osculanda porrigebantur. Porro ab antiquioribus auditum habebamus, quod in illi capsâ que altarî mutinali a sinistris supercincta cleargentata, sacratissima admodum reliquæ servabatur. Hinc probato consilio thecæ clam aperiente, prima die Rogationum, Rainaldus abbas assumens secum duobus de fratribus suis secreto cum arifice . . . . . sæpe dictam capsam jubet operiri cum debita reverentia, & intror-sum reposita exponi: uli sane non tantum ea quæ seniorum nostrorum relatu didicerant, sed multo plura . . . . . reperta sunt . . . . . Reperta est enim ibidem illa sanctissimi B. Eligii pera, que dum adviveret humero ejus indefensurè suspensa, quocunque gradie-batur, nunquam ab ejus latere recedebat . . . . . Dum vero sanctorum corpora in manibus haberet, reliquias ex eis, prout ejus desiderabat animus, sequer-trabat, donec locis quibus destinaverat eas intulisset. Unde in eadem pera paucula hæc verba diebus illis scripta permanent adhuc ad legendum apiffima: DE VIROMANDENSI; DE BELVACENSI. Schedulas illas S. Quintini Veromandensis, & S. Luciani Bellovacensis ossibus aptat anonymus, subditque hæc verba: Duos clavos non modicos a tortoribus tempore martyrii sui corporibus eorum infixos pro benedictione filii segregavit, & cum sæpe dicta pera velut in hereditatem nobis dereliquit. Simul namque clavi atque una de pontificalibus ejus chirolicæ illis inventa sunt. Cetera autem pariter*

repera, tam in offibus quam in vestium particulis A  
atque rebus, licet sanctissima fore non ambigebantur,  
quoniam tamen de ipsis sufficiens certitudo non com-  
ponebat, sicut antea reposita, conservantur: illa vero  
paulo superius enarrata, de quibus nos antiquorum  
traditio certificabat, fors sunt retenta . . . Die  
crustino Ascensionis, abbas quamplures de parochialibus  
presbyteris istius civitatis accersivit, adhibitis etiam  
laicis quibusdam . . . deinde sacerdotalibus indutus  
sepe nominatas reliquias ad principale deferens al-  
tare, cunctis assistentibus eas deferendas atque oscu-  
landas porrexit. His auditis concitata plebes, imo  
viri nobiles ac feminæ basilicam implent; reno-  
vantur miracula, frequentes egroti ad limina beati B  
Eligii pertrahuntur, ipsiusque præsentis virtute ac  
patrociniis convalescunt. Tractatum suum anni  
1183 designatione claudii auctor, olim, Deo  
dante, inter Acta SS. ordinis S. Bened. publica  
luce donantur.

His successibus felix lætaque quum exultat  
domus, nihilominus vetustate solvitur. Itaque  
fatigentem basilicam, quæ per annos ferme 230  
steterat, Rodulfus abbas renovare aggreditur.  
Totis 22 annis sudat opus, ut eximia paucisque  
cedens fabrica confargat & ad exitum perducatur.  
Id docent veteres schedæ in hunc modum: Anno  
ab Incarnatione Domini 1217 (id est an. 1218) C  
inceptum fuit novum opus chori, primo die mensis  
Aprilis a reverendissimo Rodulfo abbate tunc presi-  
dente, qui jacet in medio chori sub timba lapidea  
penultima elevata; & anno Domini 1240, in die  
Nativitatis B. M. quæ tunc fuit Sabbato, ingressus  
est chorus monachorum cantans cum gaudio Responf.  
GAUDE MARIA VIRGO. Haud dubium quin  
conculcantibus in novi templi dedicatione ad sepul-  
crum beati Eligii patrociniis ac miraculis recre-  
verit concurrentium ad ejus basilicam fideli-  
um ardor & veneratio. Eo quippe frequentissimi  
conveniebant omnium ordinum viri, luridum illum  
morbum ac saniosum, propterea S. Eligii vulgo D  
dictum, suis precibus & collatis donis ab se de-  
preccant. Quin etiam animalium eisdem malis  
tuberculentium saluti consulebatur, adductis illis ad  
basilicæ parietem extrinsecum, tum aqua lustrali  
conspersis, & appensis eorum collo cactis seu  
cactiris, hoc est calami a sacerdote benedictis;  
quæ plebium, maxime rusticorum, traditione  
accepta devotio necillum penitus obsolevit.

Nonnullos movit ecclesiæ Noviomensis clerici  
tam effusa populorum Eligianis monachis vota  
ferentium concursio; eoque demum prorupere,  
ut patam clanculumque susurrarent longe latius  
deferenda sibi tot anathemata, peregrinationeque  
ad cathedralem ecclesiam suscipiendas, in qua  
sacrum Eligii confessoris corpus requiescebat, &  
ipse vivens, præclaris virtutibus effulserat: tradi-  
tum quidem Eligianæ basilicæ defuncti pignus;  
sed inde Normannicus inter clades ab Heilione  
episcopo subductum, moxque in oratorio sancti  
Benedicti, tum in ecclesiâ cathedrali depositum;  
quod exante seculo decimo Ratbodus I antistes,  
dein anno 1068 Balduinus I, denique an. 1157  
Balduinus alter thesauri apertis coram exposuerunt.  
Et hæc quidem ante annum 1230 contigere.

Dici vix potest quam acerbè strophas ejusmodi  
dicalque tulerint Robertus & Johannes, uterque  
abbas, ceterique Eligiani monachi, quorum idem  
in ascendo sibi palloris sui corpore ac canonicis  
abdicando studium fuit. Propensior in Eligiano-  
rum partes quum iret populus, episcopi duo No-  
viomenses, Nicolaus de Roya anno 1228, ac  
Wermundus de Buxeria anno 1250, monachos  
alioque omnes communionem privavit, qui dicere  
auderent sacrum Eligii corpus alibi quam in ec-  
clesiâ cathedrali requiescere. Ad Gregorium IX &  
ad Innocentium IV provocaverunt abbates, præ-  
sulumque consilia fregere. Quum tamen Wer-  
mundus sententiæ in se late non acquiescisset,  
Innocentius & qui Innocentio succedere pontifi-  
ces negotium omne discutendum variis epi-  
scopis ac clericis commiserunt. Vidimus ac per-  
legimus momentorum utriusque parvis volumen  
integrum foliis constans trecentis, ante hæc fere  
sexcentos annos exaratis, in quo quæ ab anno  
1251 in decennium actæ sunt vitiliginationes,  
ad nauseam omnes recensentur. Ex his aliisque  
documentis, quæ tam in Noviomensis ecclesiæ  
quam in monasterii Eligiani tabulariis servantur,  
liquido constat perichos duas, tum priorem can-  
onicorum quæ ab Heilione rapium corpus docet,  
quam posteriorem monachorum, quæ circiter  
annum 883 Eligii pignora tradit occulto loco a  
monachis recondita, sequiorum esse temporum,  
alioque levidensis momenti; imo priorem cum  
alia martyrologii canonicorum perichoe non om-  
nino convenire, quum illa Heilionis factum ad  
oratorium duntaxat sancti Benedicti, martyrolo-  
gii vero ad cathedralem ecclesiam referat.  
Fervente dissidio canonici quum repugnantis  
monachis, imo vetante pontifice thecam suam  
aperuissent, schedulas ex ea tres aut quatuor ex-  
traxere, quarum duas aperte falsas & supposititias  
nemo non agnoscat. In altera quippe lacunas  
multas supplebant non verba ut verborum series,  
sed notæ numerice in corio perulo multisque  
locis violato: in altera vero Balduini I testimo-  
nium anni 1066 a litigatis contestum fuerat,  
utpote quod cum Incarnationis anno vitiosam  
indictionem, lituras insignes, Philippi denique  
regis ac Balduini pontificis annos veritati absonos  
coninebat. Hæc alique manifestæ falsitatis argu-  
menta tam liquido proliedere monachi plane non  
rudes, ut rei pondere velis oppressus Noviomen-  
sium annualium conditor Valtorius Balduini testi-  
monium chronicis notis illis destitutum ediderit,  
& ventilatam Eligii pignorum mensè Januarii E  
translationem dedita operæ rejecit. Intuitus  
litium anfractus huc revocare non juvat. Sed inter  
dissidia quæ duobus & amplius seculis durarunt,  
translationes alix celebratæ sunt in ecclesiâ cathed-  
rali annis 1255 & 1306; denumque post  
indictum mutuo consensu sæpe repetitum ab  
utrisque partibus silentium, quum ex omnicum  
cujusdam ex suggestu præstantis intempestiva  
jactatione pugna recruduisset, tandem an. 1462  
re ad Parlamentum Parisiense delata, solenni  
decreto sancitum est, licitum teinceps fore canonicis  
dicere, prædicare, nunciare, sacrum Eligii corpus

Ch. xxvi.  
col. 383 &  
1097.

penes se haberi, prohibitumque ne verbis seu factis populus a celebrandis in Eligiana basilica, ubi etiam ab antiquo sacrum corpus beati Eligii revereri, venerari, honorare confueverit, piis votis & peregrinationibus auerterent. Judicium hac in re nostrum pronuntiare quid opus est? his certe contentionibus factum, ut sancti pontificis tumulus diceretur a monachis alte humo desolus, ne si coram exhibitus fideliumque votis oneratus esset; aut vacuus, ad reliquiarum inclusam violentæ direptioni obnoxius haberetur. Sed quum anno 1687 destructæ basilicæ effoderentur rudera, vetustissimum a nostris detectum est sepulcrum cum humani corporis ossibus nec totis nec paucis, quod Eligianum esse multi suspicantur. Illam tamen ossium struem decenter collectam in novi templi chorum intulerunt monachi cum sarcophago, & sub pavimento novo humi condiderunt.

Porro præter sacrum puluerem & ossa nonnulla quæ seculo XIII ab subsequenti bus in ecclesiæ cathedralis capsâ reperta sunt, Carolus V Francorum rex in literis ad pontificem Romanum anno 1373 scriptis aperte testatur, Carolo IV imperatori visas ex parte in basilica Eligiana sancti præfuitis reliquias: Calensis nostræ moniales S. Eligii caput olstantem, & S. Bartholomæi Noviomenfes canonici. Utri credendum? At ex Vassorio pag. 482 & 1320, anno 1330 a Noviomenfibus S. Mariæ canonicis reliquia de craneo S. Eligii concessæ sunt Ludovico d'Erquery canonico Noviomenfi. Præterea Philippus & Antonius Brugenses episcopi datis literis palam testantur, se in suæ urbis ecclesia Christo loteri nuncupata plures S. Eligii reliquias, nempe brachia duo, juncturas quinque, ossa plura cum sanguine effuso necnon indumentorum pulvere attractasse. Ducenses ad S. Petrum clerici sancti pontificis brachii partem, aliam Tornacenses monachi, canonici reliquias plures exhibent. Cartusiani Rotwillenses tenent aliquam corporis partem: Dodonienses prope Valencenas puellæ digium fervant: Atrebatenses brachium furto sublatum ingemiscunt: alios ejusdem artus, alia corporis frusta sibi vindicant alii: quæ si vera sunt, quid amabo Noviomenfibus seu canonicis seu monachis Eligianarum exuviarum, quanta corporis pars restabit? Id unum lubet addere: Quum Noviomenfibus canonicis in dubium minime revocetur quin Eligianum caput vel Calensis vel S. Bartholomæi Noviomenfis abbata possideant ante omnem hominum memoriam; qui factum est ut in aptionis thesæ variis instrumentis nulla ejus rei memoria occurrat? Certe quum ipsi Noviomenfes canonici Ferrariensibus civibus aut Romanis ejusdem pontificis ossa transmiserunt, id publica factum auctoritate docent authentica quæ ipsimet fervant instrumenta. Sed de his hæcenus.

Turbulentas illas de sacris Eligii reliquiis concitationes et vestigiis subsecuti sunt bellorum motus acerbissimi, nobilissimæ infestationes; quibus ut occurrerent Urbanus IV, Bonifacius VIII, & Clemens VII, summi pontifices, eos

A communionem summoverunt, qui ablata prædia ceterosque monasterii preventus detinerent. Savviti nihilominus hæc tentio non solum regulari normæ gravis, sed etiam ædibus ac suppellectili sacræ perquam exitiosa. Res ad incitas agebantur, quum anno 1373 malorum testis oculus fuit Carolus IV imperator, qui ad Eligianam ædem voti causa cum suis diversatus, squalidam rerum faciem non sine lacrymis ingemuit. Hinc ipsius simul & Caroli V regis datæ ad summum pontificem literæ in hunc modum: *Tres saint pere, notre oncle l'empereur des Romains en passant n'agueres par la ville de Noyon, alla en pelerinage par devotion à l'abbaye de S. Eloy, vers les murs de ladite cité, voir & honorer les reliques dudit glorieux saint; & illecques de fait en partie vist, & par vrai rapport connut la desolation de ladite abbaye, & la povreté des religieux, abbé & convent d'icelle, laquelle est venue à estre presque irrecparable pour le fait des guerres & mortalité, & par le petit gouvernement d'aucuns abbéz qui y ont esté le temps passé; & tellement que presque toutes leurs maisons & edifices ont esté ars, desmolis & tourne en ruine, leurs heritages demourez en frische, & les aourneens & joyaux de l'eglise, & la plus grande partie des biens meubles d'icelle vendus & alienez: avec ce sont demourez chargiez de rentes à vie & d'autres charges de plusieurs grands sommes de deniers, tant du service de l'abbé present comme de ses predeceffeurs, dismesnes & autres subventions dues à cour de Rome, comme autrement; si que à grand misere y pueent vivre ledit abbé avec un peu de religieux qui y sont; & pour les afflictions & contraintes des sentences d'excommunication & de suspension que leur sont les collecteurs pource qu'ils n'en pueent payer, ne pourroient sans vendre les heritages de ladite abbaye en destruction & ruine perpetuel d'icelle, font en voye de cesser du service divin, & de laisser ladite abbaye, vagues par le siecle. Et pour ce, tres saint pere, mon dit oncle l'empereur par ses lettres vous supplie, & nous ensemble, des choses dessus dites . . . . supplions à vostre sainteté tout affectueusement, comme nous pouons, qu'il vous plaist pour l'honneur de Dieu & contemplation de vos prieres avec celles de nostre dit oncle, leur remettre & quitter de vostre grace ce qu'ils pueent devoir à vous & au S. Siege de Rome pour les causes dessus dites. Et en ce faisant, tres saint pere, nous tenons que vous garderez ladite abbaye de destruction, & nous ferez tres grand plaisir. Tres saint pere, le benoist filz de Dieu vous oye en sa sainte garde. Escrit au bois de Vincennes le 12 jour de janvier. Votre devot filz le roy de France* E CHARLES. Quid inde proferent Eligiani non liquet.

Paulo post electus in abbatem Gerardus d'Anthies, regis ac Burgundionum ducis favore patentes ruinas opplevit, solvit æs alienum, prædia restituenta curavit. Sed eo vivis sublato quum acrius desævirent bella, necdum sanatis plagis graviores additæ sunt. Et ne minima recenseam, anno 1472 Anglis conjuncti Burgundiones direptas villas incenderunt, monasterii suppellectilem, chartas, documenta potiora, censuales libros abstulerunt, ædes propenodum omnes solo æquarunt. Quin

& cives ipsi Noviomenfes haud mitius infelli-  
malorum incoerentes fuere, docentibus id literis  
reclamantibus anni 1475 in hunc modum: *Re-  
verend pere en Dieu monſieur Pierre abbé de S. Eloy  
les Noyon, de l'ordre de S. Benoist, dict que depuis  
aucun temps en ça, au paucuns des habitans de  
ladite ville de Noyon, la pluspart des édiſices de  
ladite abbaye a esté deſmolte & abbatue, & les  
pierres, bois, & autres choses deſdits édiſices mis &  
convertis en la réparation d'icelle ville . . . . .  
leſdits habitans, contre la volonté de l'abbé & du  
convent, ont emporté les pierres, bois, & autres choses  
reſtans de ladite deſmolition, au grand domage  
d'icelle abbaye, &c.* Quae detrimenta ubi per jus  
& aequum licebit, ab illis ſarcienda denunciat.  
Surdus cantatum eſt; nam ad annum 1507 &  
ipsi & circumpoſiti milites crebris iterum damnis  
Eliſianos affecerunt; nec niſi poſt Georgii Amba-  
ſani cardinalis & apollinici legati latam excom-  
municationem compelli potuerunt.

Inducti mox commendatarii ſeculares, qui  
praſidio eſſe debebant, ſuis, non monaſterii  
rebus conſulerunt. Sic ergo bellorum injuriis  
laeſiſſima pridem diſciplina, tunc novis arietata  
machinis diſſiſit. Accellerunt ad doloris cumulum  
acerba cum Hiſpanis bella, Calvinianaque heresiſ,  
quam e veſtigio ſubſequuta ſunt interna religio-  
nis ergo vel ſpecie diſſidia: quibus anno 1591  
ſacventibus, expugnatoque Noviomo, monaſte-  
rium funditus everſum eſt & in nullius momenti  
arcem converſum, monachis omni re familiari  
ſpoliatis, & aſylum in urbe quaerere coactis. Ne-  
que ab haereticis ſolum extrema omnia paſſi ſunt  
Eliſiani, ſed ipsi quoque cives & cathedralis  
eccleſiae clerici theſas in quibus ſanctorum oſſa  
aſervabantur, nudarunt metallo, vaſa diverſi  
generis aurea vel argentea, ſacram reliquiaeque ſupe-  
ſtitiilem in tutiora loca deportatam abſtulērunt,  
quo militibus urbe potitis & haereticis ſatellitibus  
cederent in praedam.

At ut regno mitiorem auram ſpirare datum  
eſt, de reſtituendis monachorum rebus ſatagere  
coeperunt vitae retinentioris abbates Albaſpince.  
Petitum a priore S. Germani a Pratis ceteriſque  
Caſalinis patribus auxilium; qui communis atque  
obſervantioris vitae leges ac decreta ſanctiſſima  
conſiderunt. Sed quid intra parietes hoſpitii,  
templo ceteriſque regularibus aedibus vacui, me-  
diana inter civium & aſſinum domos ac contu-  
bernia, ſolutioris vitae monachi proſcicerent, qui-  
bus palari, victum quaeritare, ſecularibus vacare  
ſtudiis conſuevit? Reſloruit tamen, vel ſpecie  
tenus, fucatis coloribus adumbrata ſanctioris vitae  
facies, quam exemplis quoque ac preceptis exor-  
nabat Petrus de Pais, loci prior, ob virtutis famam  
congregationis Exemtorum ſeu Dionyſianae creatus  
generalis praepoſitus, cui ſocietati profugum  
gregem ſuum nomen dare voluerat.

Verum internis morbis quum inde remedium  
efficax nullum adhiberetur, Carolus Albaſpinceus  
abbas, exemplo ductus Gabrieliſ patris, qui di-  
ruenda arcis inſtaurandique monaſterii decretum  
a rege petierat, congregationis S. Mauri patres  
an. 1631 Noviomiom evocavit, eoſque in praefata

A ſedis poſſitionem inducit. Mox acciti opere  
excipiendis monachis humiles caſas, quales ſane  
rerum ferebat flatus, tam ardenti ſtudio tumul-  
tuaria compage aptarunt, ut intra ejuſdem anni  
ſpatium anguſtis leptis ac magalibus incluſi regu-  
larem normam explerent. At quum illi de reſti-  
tuenda quum majori ex parte diruerant haeretic  
baſilica cogitant, veriti cives ne malorum a  
praſidiiſſimis militibus perfeſſorum olim exempla  
recurerent ſi moles aedificiorum in editiore loco  
ſurgentium, inſtar novae arcis, cervicibus ſuis  
immineret, monaſterium ſolo adaequarunt anno

1649 ineunte, quod paulo poſt in proximo  
S. Eliſii prato inſtaurato aucto civitatis ambitu  
intra muros incluſerunt. Hocce tandem loco mo-  
nachi intra triginta annos regulares aedes paucis  
elegantia inferiores, hortos, baſilicam ſane ma-  
gnificam extruxerunt: cui baſilicae ubi ſuprema  
manus impoſita, Franciſcus Claromontanus Novi-  
omienſis episcopus, v. idus Maii anno 1682, ad-  
ſtantibus omnium urbis ordinum proceribus,  
monaſterium circumpoſitorum praepoſitis, ac  
plebe inſinita, conſecrationis munus impendit.  
Baſilicae fronti appoſita eſt Dei-pare Virginis  
imago, quam in deſtruendo veteri templo con-  
ſpurcarat multique affecerat contumeliis ſatelles  
quidam & Calvinianorum ſegregum faece, eam  
ob cauſam & reliqua facinora ſurentis equiſioris  
lapis raptus.

Nec ſuſcitando ſolum monaſterio novo ſedu-  
lam operam navarunt ſodales noſtri, ſed diſtracta  
quoque praedia majorem partem recuperarunt;  
& quod praſtantius habendum, regulari diſci-  
plinae, virtutum ſtudiis, atque inſtruenda pro  
modulo bibliothecae inſulavit.

#### SYLLABUS ABBATUM.

I. SPARVUS. Vetuſtiſſimi Lupenſis monaſterii,  
Eliſio necdum ad ſuperos vocato, clavum  
tenebat Sparvus, male Sparvus abbas, de quo  
teſtis omni exceptione major Audoenus haec  
ſcribit in vita ſancti Eliſii: *Quum Uſſo quidam,  
Suevus natione, rachinam caprinam ſecreto ſuſpoſitam  
rapuiſſet, Eliſius in viſione abbati Sparvo apparuit;*  
quo ſtatagente raptum pallium eccleſiae reſtitutum  
eſt. Aliud ſubdit Audoenus de raptore quodam,  
monaſterii praedium juxta Calvum-montem inva-  
dente: *Cauſa in palatio regis perlata, Sparvus  
quantumvis juris conſcius, in loco ſancto terram  
ad conjuratos adluci nuſquam poſuit.* Id vero  
quum raptor ille faceret incunclanter ante beati  
Eliſii ſepulcrum, & importuna aulacina poſuiſſet  
juraturus manum ſuper ſanctum locum, in medio ſere  
ſacramenti verbo contremiſcens . . . . . mortem quam  
non ſtimuit, fortuito praeventus, miſer incurrit. Ex his  
Sparvi abbaſis non ſolum pia religio, ſed etiam  
ſpecialis apud regem & optimates integritatis  
opinio deprehenditur. Reliqua ipſius geſta mor-  
tiſive tempus jam pridem ignoramus. Hunc putat  
Mabilio noſter, Annal. Bened. tom. 1. pagina  
452. Sparvum eſſe, qui ſanctus appellatur in  
vetuſtiſſis Litaniiſ praeterio Germanenſis noſtrae  
bibliothecae adjuſctis.

§ Dubitat Mabilio ibid. pag. 377, an *Domnolus*

abbas, cui S. Eligius quædam prædixit, abbatiam Noviomensem rexit, an sancti Martini Tornacensem, an denique sancti Sulpicii Bituricensis. Eum nos tom. II. col. 126, sub nomine *Domionis* seu potius *Dominonis*, S. Sulpicio adjudicavimus.

Anno 814 concilio Noviomensi adfuerunt tres abbates, *Remigius, Ebo & Sigebaldus*, quorum fides incertæ. Horum unum Eligianæ præfuisse abbatie opinatur idem Mabilio, ibid. tom. 2. pag. 410.

II. Litranus, quem relivimus post Normanorum clades monasterii primum abbatem indicant Lotharii regis literæ, quibus ad Litranum preces monasterio villas plures rex optimus restituendas curavit anno circiter 980.

III. Albertus I, in antiquissima charta notis chronicis destituta legitur abbas. Obitum ejus necrologium vetus consignat v. idus Septemb.

§ *Manasses* in eodem necrologio notatur v. calend. Maii. Ibi tamen non dicitur fuisse abbas Eligianus.

IV. Letbrardus, seu Letbradus, cujus fatum indicat membrana vetus in hunc modum: *Anno ab Incarnatione Domini 1035, indictione 111, obit Letbrardus abbas monasterii SS. Lupi & Eligii, quod situm est in suburbio Noviomensis castri. Eo tempore gubernabat cathedram Vermandensis ac Tornacensis ecclesie Hugo præsul, anno regiminis sui quinto, qui sequens præceptum canonicum, noluit monachum alterius monasterii ibi præficere; sed prudenti usus consilio, remissens insuper promissionis quam promiserat præfato abbati, electione monachorum, cleri & populi, præfuit in eodem monasterio domnum Remigium ejusdem loci monachum abbatem, quem præbatus abbas sub se constituerat priorem.*

V. Remigius, electus anno 1035, Hugonem & Balduinum I episcopos expertus est amicos. Hic enim anno 1046 Fulconem Ambianensem episcopum rogavit ut militem quemdam qui Verliaci advocacionem usurparat, & colonos sedibus fugarat suis, communionem privaret. Hæc vero dirarum intentatio quam raptorem moveret nihil, Remigius corpora sanctorum loculis extraclæ demisit in pavimentum, sibi que suisque cilicio teclis ecclesie aditum interdixit, dum ille tandem reddito prædio respiceret. Eodem Balduinus episcopus altaria tria anno 1048 concessit. Eodem tempore Ratbodus miles suburbanam S. Remigii ecclesiam, quæ modo S. Blasii dicitur, ex lignea & exigua lapideam & ampliore fecit, sanctorum reliquiis & ornamentis decoravit, claustrumque ac necessarii ædificii constructis, quatuor illic monachos collocavit; unde evasit prioratus ab abbata Eligiana dependens, cui Balduinus I anno 1049 altaria duo concessit; sed prioratus ille tenuis est admodum proveniens. Sub Remigio monasticam disciplinam in aceterio Eligiano viguisse, id argumentum est, quod complures ecclesie Noviomensis clerici spreto seculo ibi monachi facti sint; in his Achardus decanus, & Gautelinus canonicus. Quandiu sederit Remigius non facile est certo definire. Occurrere dicitur in tabulis monasterii Angelbertus abbas anno 1063, Philippi regis quarto, *Baldvino Flandria comite procurante regnum anno secundo, Baldvini Noviomensis episcopi*

*anno decimo octavo, Angelberti sancti Eligii abbatis tertio*; ex quibus intelligitur Remigium an. 1059 obiisse. Et tamen anno 1069 Ratbodus episcopus Remigio abbati donat altare *de Bethincourt* in pago Veromanduenſi, anno episcopatus sui secundo, Philippi regis undecimo, scilicet a sua coronatione, vivente patre peracta. Unde necesse est vel duos fuisse Remigios S. Eligii abbates, vel Remigium primo regimen Angelberto cessisse anno 1059, & paulo post illud resumisse. Sed in quibusdam commentariis instrumentum illud anni 1063 revocatur ad annum 1073.

VI. Angelbertus. Ex literis anni 1063, seu 1073, quæ modo laudavimus, agebatur Angelberti annus tertius, quando advocatus villæ Ratbodi veſtigalibus præter jus & æquum exactis per festucam super altare positam nuncium remisit.

VII. Michaël, obiit xi calendis Octobr. ex necrologio Silvæ-majoris.

VIII. Johannes I, ab anno 1083 memoratus in tabulis, anno 1089 in frequenti synodo ecclesiarum Suffanæ & Vallis altaria consequitur a Ratbodo II. Eidem anno 1097, Roberti comitis assensu, multa concessa sunt in Flandria. Denique literis Baldrici episcopi monasterio Montis sancti Quintini datis anno 1102 subscriptis.

IX. Fulgentius, ex vetusto quodam breviario, abbas Noviomensis, duos angelos vidit, geminum lectulum in caeli inferentes, quorum alterum *Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, alterum abbati Cluniacensi dicerent stratum; unde is utrumque ad æternam requiem migravit cognovit* anno 1109. Visionem illam rejecimus tomo III. col. 37, in Fulgentium abbatem Aſſigemiensium; qua de re lege Mabilionem *Annal. Bened. tom. 5. pag. 529.*

X. Albertus II, sedebat tempore Roberti decani Noviomensis, inæunte undecimo seculo.

XI. Eustachius, seu Eustasius, ex monacho Belsuensi, quod affirmat chronicon Belsuense, *Spicil. tom. 1. pag. 607, factus abbas Eligianus, subscriptis anno 1115 literis Lamberti episcopi Noviomensis pro S. Crispino, ex iisdem Annalibus, ibidem pag. 529. Anno 1120 ecclesie S. Petri junioratus, itemque altare de Nigella-Ermelindis percepit ab eodem Lamberto. Exstat ad eum apud Marten. Collect. Amplifl. tom. 1. col. 665, epistola canonici cujusdam Noviomensis, de inventione corporum patris ac matris sancti Eligii.*

XII. Theodericus, ante monachus S. Nicolai in Bosco, subscriptis anno 1123 literis Simonis episcopi, quibus Peronenſis ecclesie Furseus E decani jurisdictioni muniaque faciuntur. Subscriptis item donationi ejusdem anſillitis ecclesie S. Amandi factæ anno 1130; quo etiam anno recepit ab eodem altare *de Vercheri* sine persona tenendum. Anno 1134 cœtus illi presens erat, in quo Simon episcopus priori Capiaci altare Sterpiniaci concessit. Subscriptis anno sequenti concilio Ambianensi. Huic eodem anno Innocentius II papa, amplifimum diploma, Simonque paulo post altare Vervinii donavit. Subscriptis exeunte anno 1135, id est inæunte anno 1136, chartæ ejusdem Simonis de stabilitate canonicorum,



canonicorum. Eiusdem rursus antistitis favore Theodericus anno 1141 altaria tria in diocesi Tornacensi consecutus est; & sequenti cum militibus Templi de decimis villæ Conciaci in diocesi Ambianensi composuit; ob vitæ meritum anno 1144 consecratus Ambianorum episcopus. Exlant due ipsius ad Sugerium abbatem epistole. Memoratur v idus Nov. in necrologio Eligianis.

XIII. Guibaldus, aut Guiboudus, aut Wibaldus, assumptum ad episcopales insulas Theodericum consanguineum (quo abbate priorem agebat) mox excepit, de augendis monasterii rebus ac iuribus maxime sollicitus. Anno 1147 a Simone episcopo altare Genyriaci percepit, testibus Gilleberto S. Nicolai in Silva Balduino S. Quintini, Guarino sancti Prajecti, Hugone Montis sancti Quintini abbatibus. Aliquot elapsis annis Balduino II episcopi literis subscriptis, quibus Roberti de Stabulis monachum inducens donatio facta Humolariensis confirmata est. Anno 1150, præseunte Theoderico Ambianorum episcopo, repugnantes Kevranii in Hainoio scabinos a Balduino comite reprimendos curavit, impetravitque a Gerardo Tornacensi episcopo altarium Noelle & Vervini perfontatus. Anno 1153 pactum firmavit cum ecclesiâ Noviomensis canonicis. Anno 1155 nonnulla lincivit cum Gerardo abbate Longi-pontis, ac precum societatem cum Gerardo abbate Solenniensi renovavit. Anno 1161 peregrinavit cum Petronilla abbatisse de Morneval, de decimis villæ de Foncellis. Huic anno 1162 Guido Noviomensis castellanus, tributa quadam apud Carfoles & alias villas remisit. Anno 1163 Gillebertus Urli-campi abbas vendidit Eligianis septem modos frumenti percipiendos in molendino vicecomitatus iuxta S. Remigium, quia, inquit, ex decreto or. lini Cisterciensis ejusmodi redditus habere prohibentur Cistercienses; & anno 1167 Robertus episcopus Ambianensis decimas Avesnarum eidem confirmavit. Denique anno 1168 Guibaldus episcopo clericorumque Noviomensium decreto de suis iuribus consuetudinibus edito primus abbatum subscripsit; paulo post ingenti suorum desiderio confinitus pridie idus Novembris, quem ex necrologio multis ædificiis monasterium, multis bibliothecam codicibus amplificasset.

XIV. Radulfus I, unica anni 1169 charta innotescit; quod nomen si duobus tantum prioribus nominis, ut fieri solet, constat elementis, potius mox sequenti Rainaldo convenit. Certe Radulfi hujus nulla ceteris in locis habetur mentio.

XV. Rainaldus I, ex necrologio dormitorium ab antecessore suo Guibaldo constructum operiit, & refectorium, avilam utramque turri contiguam, & alia plurima, tam intra quam extra monasterium per villas fabricavit; & Roma ex concilio veniens varia retulit ecclesiastica ornamenta. Anno 1174 Balduino III episcopi Noviomensis donum excepit, quo Balduino decani patris sui preces annuam instituit. Anno 1176 cum Hugone Longi-pontis, & anno 1177 cum Martino sancti Vedasti abbatibus lites composuit. Anno 1182 Avesnarum reliquas decimas comparavit, Theobaldo Ambianensi præ-

Tomus IX.

A sule pactum confirmante. Res ab eo gestas anno 1183 de sancti Eligii ceterorumque martyrum reliquiis superius exhibuimus. Ad annum saltem 1189 vitam exegit ex tabulis, fato functus 1114 idus Junii.

XVI. Gerardus I, ab anno 1191 notus in tabulis, anno 1193 lites exitiuit de Bosco-Milonis apud Rainberti-curtem, & anno 1195 firmavit pacem cum Petronilla sancti Johannis sit Bosco abbatisse. Is ipse est qui querelam, ait Stephanus Noviomensis episcopus in libro 6. de Re Diplomati. cum Johanne Bulg. cantore majoris ecclesiæ, super botis nocturnalibus divitiis agitatam, Stephani decreto composuit in hunc modum: Nempe abbas eidem cantori suisque successibus singulis annis in Paschate, Pentecoste, & festo sancti Eligii astrali duas statones & duas famellos solvere tenetur; in Natali vero Domini & in festo beati Eligii quod fit in mense Decembris, nonnisi unicum statonem, uniusque famellum, sicut alius frodatius nostris, ait pontifex, usu venit persolvere, ei persolvat. Et ob ejus frodi recognitionem, si idem cantor in causarum decisione iuxta nos scelerit, abbati venienti tenetur assurgere & cedere, & ad ejus consilium accedere, nisi forte contra nos vel contra majorem ecclesiam nostram querelam habuerit. Item si abbas apud S. Eligium iudicium monachate vel cogitasse tenere voluerit, cantor, si in civitate fuerit, rogatus accedere debet, suumque consilium imperiri. . . . Actum anno Verbi Incarnati 1197. Non diu postea superstes vixit Gerardus.

XVII. Radulfus II, vel forte I, anno 1199 Heklinium curtes Novioimo proximam emit ab Aquicliniis monachis; moxque Prinpratenfe nemus monachis Urli-campi sub anno censu dimittit. Ipse sequenti anno nonnulla terræ jugera iisdem conditionibus recipit ab Hugone Behericurtis domino. Anno 1208 Kevranii prædium in Hainoio Guillelmi abbatis Elnonenfis & Arnulfi Crispiniensis interventu tutatur. An. 1210 sumtus alendo monacho qui cum duobus aliis in Novæ-villæ cella degeret congruus suscipit; moxque cum Richardo Compendiensi abbate de ejusdem Novæ-villæ nemoribus pactum iniit. Anno 1214 societatem precum coit cum abbatia Solenniensi. Anno 1215 Verliaci advocatiam & maxime jus in molendino ad ventum cum Radulfo Nigellensi castellano ex æquo dividit, ita tamen ut scabinorum instituto penes unum abbatem sit. Anno 1216 mutuatam 600 librarum pecuniam episcopo Stephano restituit, mirum in abbate qui monasterii basilicæ novam & amplitudine spectandam substructionem anno proxime sequenti inchoatum meditabatur. Hanc cum Ludovici VIII regis, consortisque ejus Blanchæ, necon Ludovici filii collatis opibus multum promovisse Radulfum nullus dubito; quem pariteribus ipsis inserta turribus lilia, regis ac reginæ scutum gentilitium exprimerent. Radulfus paulo post nominatus curator testamenti Stephani I episcopi Noviomensis, una cum Ursonie episcopi fratre, & Johanne I abbate Urli-campi, concedit mense Februario anni 1221, id est 1222, fratribus Barbelli quadam vineam apud Fontanas pro

Y y y

anima ejusdem præfulis. Anno 1225 quædam A cum Conrado Præmonstratensium abbate communit Radulfus apud Landeri-montem. Anno 1229 servum libertate donatum accipit a Johanne Noviciensi ac Torotæ castellano. De eo nihil anno 1230 scrius notatum in tabulis. Obitum ejus necrologium consignat 111 cal. Februarii.

XVIII. Robertus, cum Milone S. Faronis abbate societatem inivit anno 1236; *quæque*, ait necrologium, *præfuisse annis undecim, sponte propria cedens habuit successorem priorem Johannem, quem priorem ipse fecerat. Anno XIX* (ab inita dignitate) *obit Deco plenus & dierum, pridie kal. Aprilis.* Perplacet breve nec fucatum Roberti elogium, cui laudi quoque verti debet quod anno 1240 fratres divina celebratos in novam basilicam induxerit. In codice MS. qui aservatur hodie in ecclesia Noviomenfis, hæc legitur: *Anno Domini 1243 . . . prid. mon. Decembris, fuit benedictum vel dedicatum cimiterium ecclesie beati Eligii Noviomenfis a venerabili Roberto Behacenfi episcopo, regente ipsam ecclesiam religioso viro Roberto abbate, cujus vita & regimen ad laudem & gloriam nominis Christi & profectum annuarum nostrarum in longam perseveret.*

XIX. Johannes II, anno 1243 vel 1244, Roberto successit, eos gessit animos qui tuendis C monasterii juribus, laboribusque subeundis pares essent. Totam ejus præfecturam occupavit vehementis illud diffidum superius expositum de sancti Eligii sacris pignoribus, quod ille non minoribus expensis quam animis ad exitum perducere tentavit, Romam ea de causa profectus ante annum 1257; sed illud nonnisi post ducentos & viginti annos infelici sorte finitum est. Anno 1250 Alberici domini de Roia, donum capelle de Crapanonioni in ecclesia Novæ-villæ factum approbasse legitur. Vexilligium libertatem obtinuit ab Ingeiranno III, Codiciacensi domino, & anno 1257 a Nicolao domino de Breigni. Reliqua D litium anfractibus demerfa.

XX. Rainaldus II, pepigit anno 1266 cum Johanne Viziellaci abbate de terris apud *Boulancourt & Buchi* positis.

XXI. Johannes III, anno 1270 apud Novam-villam jugera terræ commutat & institutam a Nicolao de Buxeria Noviomenfi archidiacono capellam S. Quintini in monasterio S. Bartholomæi calculo suo probat.

XXII. Gerardus II, dicitur a Vassorio occurrere anno 1276.

XXIII. Johannes IV, anno 1290 cum Johanne S. Bartholomæi abbate de S. Petri ecclesia concordiam inivit, post annos quatuor iterum memoratus in tabulis.

XXIV. Radulfus III, sesebat anno 1300 ex tabulario Urst-campi. Biennio post cum Nicolao Ribodi montis abbate precum societatem juravit. Mortuus iv idus Novemb. sepultus est in sacello S. Mariæ ad ostium capituli.

XXV. Johannes V præerat anno 1306, quam a decano & reliquis ecclesie Noviomenfis canonicis invitatus est ut aperienda cathedralis ecclesie thesauri præfens cum suis adesset. Detrectante illo,

celebrata est reliquiarum elevatio, quem Vassorius pag. 1047 & seqq. describit, qui singula quoque ossa tunc reperta recensere debuisset.

¶ *Lebertus* abbas Johanni vel antepositus vel successit in quibusdam indicibus, irrepit procul dubio in locum *Gotberti* qui brevi sequetur.

XXVI. Nicolaus, laudatus in necrologio quod multa monasterii ædificia vel reparavit vel construxerit, obiit xii cal. Octobris. Eum nonnulli indices perperam collocant anno 1207, ubi legendum suspicatur 1307.

XXVII. Gotbertus, vel Gobertus, aut Jobertus, anno 1310 pactum juravit de finienda reliquiarum Eligianarum lite; pepigit rursus anno 1314 de teloneo in festivitate S. Marci percipiendi. Anno 1315 monasterii chirurgo domum in urbe positam ad vitam concessit. In quibusdam schedis legitur *Lambertus* sedisse ad S. Eligium anno 1322; ubi pro *Lamberto* legendum videtur *Gobertus*.

XXVIII. Simon locum habet in tabulis anno circiter 1330. Obiit calend. Junii.

XXIX. Johannes de Capite-Villari, vernacule de *Kesvillers*, aut de *Chef-villers*, Simone viro nobili & Margareta de *Foucaucourt* parentibus editus, ab anno 1335 præfecturam obtinuit, moxque diuturnas lites cum toparcha de *Kierain* composuit. Anno 1336 ad apostolicam sedem provocavit adversus Guillelmum episcopum Noviomensem monasterio infestum; qui locum visitaturus laicos in capitulum inducebat. Dissidii factus arbiter Laudunensis episcopus Guillelmum adduxit ut innovata resecaret, usumque tam in visitationibus quam in monachorum emendatione receptum pridem revocaret. Anno 1341 Johannes multa sibi relicta, vel labore comparata, in annuus reditus convertit, sacro ad altare sancti Eligii celebrando deputatos; quam fundationem probavit anno sequenti Petrus *André* episcopus Noviomenfis. Quam vero ipsum inter & Bernardum episcopum acerba recruduissent odia disceptationesque, Stephanus apostolicus sedis legatus utrumque an. 1346 debitam ad concordiam revocavit. Anno sequenti Johannes cuidam e suis monacho licentiam fecit ex bonis sibi testamento relictis prædia coemendi que communem in usum cedente. Anno 1357 secularibus Eligiano sodalibus addictis in monasterii basilica regulas præscripsit; eosque in communionem precum ac suffragiorum admisit. Obiit v idus Novemb. depositus in choro prope sacellum beati Johannis-Baptiste.

XXX. Gerardus *Paute*, seu ut *Sammarthani* E legunt *Pauté*, aut *Pamé*, præerat anno 1365, quo pactum inivit cum *Egidio* Noviomenfi episcopo de tritico fratrum usus deputato abque consuetudine oneris pensione molendo. Anno 1366 antiphonam *Sabe Regina* post completorium canendam decrevit. Eum ad Floriacensis regimen abbatiæ vocatum a Gregorio XI papa decent monumentum anni 1371, quibus & futuri successoris & solvendorum onerum ratio decernitur.

XXXI. Hugo, calculus fratrum electus, occurrat annis 1373 & 1374.

XXXII. Gerardus *d'Athies*, Johannis *de*

*Kepillers* ex forore nepos, natus erat gente A  
Atheinensium Castellanonum clarissima, cui deinceps  
Medie-curtis, Hangeſti, Erchevii, & alia  
dynaſtia obſtiterunt. A teteris apud Eligianos  
Deo conſecratu generis nobilitatem morum ac  
doctrina ſapientia condidit. Præpoſiti munere  
præclare functus, omnium calculis Hugoni ſuffec-  
tus eſt. Mox in ſuorum profectus ſtudia con-  
tulit omnia, gratiamque ſuam & auctoritatem,  
qua tam apud regem quam apud Burgundie ducem  
pollebat, in monaſterii tutelam impendit.  
Utrique principi factus a conſiliis, regi ducem,  
duci regem pro modulo conciliavit. Anno 1383,  
menſe Novembri, dicitur nuper electus generalis  
præfectus ſubſidiorum anno ſuperiore collecto-  
rum ſuper vino, &c. in provincia Remenſi; &  
anno 1391, menſe Jun. generalis conſiliarius pro  
facto ſubſidiorum belli. Eodem anno, aut ſequenti,  
creatus Veſontionum antiſtes, Eligianos ſuos pari  
ſemper amore proſequutus eſt, neque eis unquam  
opera, conſilio, collatis donis deſuit. Et qui anno  
1379 duntaxat abbas Ebredunenſis cardinali le-  
gato reſtitit Wavrinii prædium beneficii titulo  
onerare vel potius obſruere tentanti, nullum deinceps  
monaſterii gazas diripere paſſus eſt; quin  
etiam gravi ſænore ſolvit oneratum, & bellicis  
cladiſus labefacta paſſim ædificia reſtituit, baſi-  
licamque & aureis & ſericis veſtibus adornavit.  
Mortis proximum annum ſibi præcem in ea, datis  
Francorum milibus duobus in centum Francorum  
cenſus annuus convertendis, inſtituit, corporumque  
ſuum ſub marmorea tumba a latere capella ſancti  
Nicolai terre mandari voluit. Meritis denique  
quam annis gravior mortalitatem exiit Luteciæ  
Parifiorum xii cal. Decembris anno 1404. poſt  
duos inde dies Novionum elatus, & condigno  
funere velut alter patriæ parens honoratus, recon-  
dituſque in parato loculo; cor tamen Veſontionem  
delatum eſt. Huic Montis-Reginaldi Cartuſienſis  
Novionem proximi ſtatis ſacris uti de ſe quam  
optime merito quottannis parentant.

XXXIII. Petrus d'Agneville, Burgundus, ge-  
nere nobilis, clericali primum militia legitur  
adſcriptus in hunc modum: Anno 1352 *Petrus*  
*Divionenſis abbas prior de Saisofente ſtat ſacri-*  
*tatem induendi habitus monacholi in prioratu ſuo*  
*S. Amatoris, Lingonenſis diaceſis, Petrum clericum,*  
*ſitum Johannis de Anneville, & mittendi cum ſtatim*  
*ad ſtudium grammaticæ & logicæ uſque ad ſex annos;*  
*qui ad S. Beignium poſtea revertetur.* Literis adeo  
ſedulam navavit operam Petrus, ut reſerente  
necrologio Eligiano eximius decretorum doctor e-  
vaſerit. Quippe juſ pontificum ad vite propemo-  
dum finem publice Luteciæ, etiam abbas, perlege-  
bat, ut in literis annorum 1396, 1397, 1400 &  
1401 continetur. Hunc Carolus VI rex in literis  
anni 1391 conſiliarium ſuum vocat, ubi regie  
tuitioſi monaſterium committit. Anno 1393  
nonnihil paſſus eſt diſſidii cum archidiacono jura  
nonnulla obtendente, quod eum in Eligianæ  
ſedis poſſeſſionem induiſſet. Mox ipſe jugera  
terre non pauca tradidit in cenſum. Hunc anno  
1396 juriſdicte compellarunt prior & monachi,  
quo neceſſaria conventui miniſtraret; prout, in-

Tomus IX.

quiebant, tempore donii *Bisuntinenſis ſebat.* Quæ  
an tenuitati, an temporum potius acerbitati tri-  
buenda ſint non liquet. Cum Novionenſis anti-  
ſtite de decimis ſequenti anno diſceptantem legi;  
legi & cum Præmonſtratenſibus eadem jura repe-  
tentem anno 1398. Anno 1402, prid. nonæ  
Septemb. in gravem morbum incidit Petrus Lu-  
tecicæ; quumque repeteret monaſterium, Silva-  
necti poſt tres dies morte interceptus eſt. Capel-  
lanum ejus *Ægidius* ſucceſſor miſit in carcerem  
*ob variam*, ſerunt ſchedæ, & *pretioſam ſupellectilem*  
*quam diſtraxerat, & cujus partem ut ad ſe pertin-*  
*entem abbas Agniſinſiſ repetebat.* Controverſiam  
hunc diremit Gerardus Veſontionum archiepiſc.  
qui monaſterii ſui detrimenta ſerre nulla poterat.

XXXIV. *Ægidius de Atrio*, vernacule de  
l'Atre, decretorum quoque doctor *Parifius aſtu*  
regens, eodem anno 1402 abbatiam caſepſivit,  
& ſequenti gravia cum epifcopo de quibusdam  
decimis jurgia tulit. Erga deſcendorem luam Ger-  
ardum d'Althies gratum ſemper animum oſtendit;  
Virginis Deiparæ ſodalitium in eccleſia ſua conſtituit;  
Luteciæ an. 1408 juſ pontificum docelbat,  
quum ob varias quibus premebatur lites, Univer-  
ſitatis privilegio uti coactus eſt, epifcopum &  
canonicos ad Parifienſe ſorum provocando. Sub-  
ſcripſit anno 1410 concilio Piſano, ex Spicileg.  
tom. 5. pag. 355. Præſuit ad annum 1413  
aut 1414.

XXXV. Johannes VII, anno 1414 in  
tuitioſi regie literis dicitur doctor theologus, aſtu  
regens in Univerſitate Parifienſi in theologia. Viſit  
ad annum 1420 ex Martini V reſcripto, dato  
vii idus Novemb. anno pontificatus tertio, quo  
papa Johannis alterius Eligiani monachi electio-  
nem, tamenſi proviſio fuiſſet ſanctæ ſedi reſervata,  
confirmat.

XXXVI. Johannes d'Artem, theologus &  
ipſe doctor, ad abbatiam Alchiaci nominatus fue-  
rat anno circiter 1407 ab antiqpa Petro de  
Luna, ſed poſt annos tres aut quatuor abdicaverat.  
Ad S. Eligium anno 1420 electus, & annuente  
papa benedictus eſt. Eidem anno ſequenti pridie  
nonas Martii idem papa ſecit licentiam ſacrum  
celebrandi, ſi neceſſitas exigeret, antequam ille-  
ceſſeret dies, citra tamen diurnam lucem, in locis  
etiam interdictio ſubjectis. Cum Radulfo Novio-  
menſi epifcopo varias lites compoſuit, nec pau-  
ciores extitit quæ monaſterio Novionenſis  
canonicis ſtruxerant. Diris bellorum flagellis ve-  
xato quietam agere vitam minime licuit. Obiit ix  
calendas Septembris.

XXXVII. Johannes Forteron ad annum  
1437 præſulit dicitur, mortuus iv non. Auguſti.

XXXVIII. Johannes du Chatel, qui ex ne-  
crologio ad xv cal. Auguſti dum eſſet præpoſitus,  
primus cepit miſcere vino comitatus aquam, & ni-  
nuere pitanciam. Diſceptavit ineunte anno 1441  
cum Johanne de Mailli epifcopo Novionenſi de  
cereis in prato S. Eligii (ubi nunc conſtructum  
monaſterium) percipiendis. Obiit anno 1442,  
ex ejus ſepulcro nuper in veteris baſilicæ parietis  
reperio cum gentilitio ſtemmate, quod turres  
quatuor intermedia cruce dentata referebat. Poſt

Y y y ij

ejus mortem electionis ergo convenientes Eli-  
giani, sexdecim omnino numerantur: quæ mo-  
nachorum paucitas acerbam temporum illorum  
fortem satis probat.

XXXIX. Johannes *le Doyen*, anno 1447  
baccalaureus in decretis dicitur in literis a rege  
pro Verlicii tuitione concessis. Annis 1454 &  
1456, ratione graduum, *scholaris jurati* in alma  
Universitate Parisiensi literas obtinuit, quo reno-  
vatam a Dominico concionatore canonicorum  
instinctu quaestionem de sacris Eligii reliquiis ad  
Parisiensis Castellæi præpositum deferret. Male  
verit præpositus Johannis abbas & monasterii  
procuratoris zelus. Quum enim ille concionantem  
Dominicum publice falsitatis arguisset, orta  
mox seditione, male fuisse exceptus, ni certam  
mortem salutari fuga protinus avertisset. Res tan-  
dem ad Parlamentum delata finem illum sortita  
est quem superius exposuimus. Nec variis ad  
pontificem aliove appellacionibus Johannes ejusve  
successor quidquam proficere. Obiit ille ante an-  
num 1469.

XL. Johannes *Franquet*, eodem anno 1469  
dicitur *scholaris studii Parisii*, ut ad Cattelleti  
Parisiensis præpositum lites ab episcopo motas  
transferat. Obiit idibus Augusti anno 1471.

XLI. Petrus *de Marle*, thesaurarius an. 1464  
ex tabulis, anno 1471 dicitur in literis Johannis  
de *Maille* episcopi Novionensis *per viam sancti  
Spiritus* in abbatem electus. Decretorum instar,  
quo monasterii jura bonaque facilius tueretur,  
Universitatis Parisi. scholasticum se anno 1497  
quantumvis ætate provecus præferbat. Quin imo  
Recloris literæ anni sequentis Petrii sub doctore  
Dionysio *Allegret* studere decretis contestantur.  
Anno 1507 abbati transcripsit Carolo *de  
Hangeff* episcopo Noviomenis; quod antequam  
præfaret, litem inter canonicos Noviomenes &  
Mediæ-curtis Franciscanos agitatam secundum  
Fratres Minores definierat. Privatam deinde vitam  
ad viii idus Septembris anni 1512 transegit.

XLII. Carolus *de Hangeff*, quem vide in epi-  
scopis Noviomenis, commendam adeptus an.  
1507, eam transcripsit anno 1525 filio fratri sui.

XLIII. Claudius *de Hangeff*, dictus etiam *de  
Dive*, filius Joachimi *de Hangeff* & Hæbellæ *de  
Mountmorenci*, possessionem alii anno 1526, præ-  
erat adhuc anno 1531, mense Augusto. Incertum  
ipsi-ne an Carolo antistiti Calvinus necdum eju-  
rata palam fide catholica commentarios in librum  
Senecæ de Clementia nuncupaverit.

XLIV. Franciscus *de Tournon*, cardinalis, de  
quo in archiepiscopis Aucienfis, Ebredunen-  
fis, Bituricensis & Lugdunensis, nominat-  
ur abbas in instrumento anni 1541.

XLV. Johannes *de Barbençon*, episcopus Apa-  
niensis, abbatia fruebatur anno 1554.

XLVI. Filiberus *de Lorme*, ab anno 1555  
ad annum 1564 locum habet in tabulis, ubi  
dicitur etiam S. Sergii Andegavenfis, itemque  
S. Bartholomæi Noviomenis abbas, regi a con-  
siliis & elemosynis, denique Parisiensis ecclesie  
canonicus. Obiit anno 1570 mense Januarii.  
De eo vide tom. VII. col. 847.

XLVII. Sebastianus *de Laubépine*, quem vide  
in episcopis Lemovicensibus, præerat Eligianis  
anno 1570, abbas item S. Martialis Lemovicensis.  
Obiit non-Aug. an. 1582 episcopus Venetensis.

XLVIII. Johannes *de Laubépine*, quem vide  
in episcopis Aurelianensibus, abbatia fruebatur  
anno 1579. Obiit anno 1596.

XLIX. Petrus *Cudot*, eodem anno dictus  
abbas, post inite possessionis annos tres, dura  
Lutecia Stampas adiret, a defuncti Johannis con-  
sanguineis captus, & in castro relegatus, vix tan-  
dem ope Senonensis præpositi liber evasit. Inde  
profectus Romam Antonio *Comers* percipiendurum  
abbatiæ fructuum provinciam commisit.  
Verum ille interfectis annis tribus nullo Petri  
accepto nuncio dignitatem ab rege inpetravit,  
eaque potiebatur adhuc anno 1613; sed paulo  
post eandem alteri transcripsit. Tunc Petrus ex  
Italia in Franciam redux abbatiam repositit,  
cujus possessione novum inforem ut facilius  
dimoveret, jus suum, retenta sibi pensione annua,  
translulit in sequentem.

L. Gabriel *de Laubépine*, de quo in episcopis  
Aurelianensibus, abbatiam possidebat an. 1616.  
Obiit anno 1630.

LI. Carolus *de Laubépine*, marchio Castrin-  
novi, regi a sanctioribus consiliis, præceptor &  
cancellarius ordinis S. Spiritus, gubernator Turo-  
nici tractus, regionum sigillorum custos, abbas  
item Massiæ, Prætorum & Nigri-lacus, orator  
regis apud Alemannos, Venetos & Anglos, Eli-  
giam abbatiam obtinuit anno 1630, in qua  
anno sequenti congregationis sancti Mauri patres  
induxit, mortuus v. cal. Octobris anno 1653, se-  
pultusque in ecclesia cathedrali Bituricensi.

LII. Carolus-Franciscus *de Lomélie-de Brienne*,  
episcopus Constantiensis, filius Henrici-Augusti  
*de Lomélie*, comitis de *Brienne*, abbas item sancti  
Germani Autissiodorensis & S. Cypriani Picta-  
viensis, abbatiam S. Eligii obtinuit anno 1653.  
Obiit viii idus Aprilis anno 1720.

§ Post mortem Caroli-Francisci, reditus mensæ  
abbatialis attributi sunt parthenoni, seu potius  
serenissimæ principi Ludovicæ-Adelæi Aurelia-  
nensi, tunc abbatissæ Caleni; postea vero sereni-  
ssimæ principi Henricæ-Gabrielidæ Borboniæ  
abbatissæ Belli-montis prope Casarodunum, quæ  
eos etiamnum possidet.

#### H U M O L A R I Æ.

HOMLIE-  
RES.

Fere ad muros Quintinopolis positæ sunt Hu-  
molaræ, olim puellarum, nunc virorum cœ-  
nobium, quod quo tempore quibusve fundato-  
ris conditum sit ignoratur. Stabat ex vita sanctæ  
Hunegundis medio circiter septimo seculo sub  
invocatione B. M. virginis, atque etiamnum per-  
severat nulli congregationi addictum. Quæ histo-  
riam ejus proprius attingunt, occurrent ipsarum in  
singulis sive abbatissis sive abbatibus.

#### ABBATISSÆ.

I. Sancta Hunegundis, nata erat nobili pro-  
sapia in villa pagi Veromanjuensis, quam  
Lambaidem vocant. Hanc a S. Eligio necdum

episcopo e sacro fonte susceptam fuisse tradunt. A  
 Desponsata præter voluntatem Eudaldo paris nobilitatis viro, eundem ad pias peregrinationes servandæ continentie causa induxit. Romam cum eo profecta, velum a Martino I papa accepisse dicitur. Reversa in patriam universa bona sua Humolariensi quod jam exilabat parthenoni contulit, sponso id gravatim admodum serente, sed tandem approbante, qui postmodum fenetiolum Deo servum perpetuum cum suis omnibus obtulit coram altari Dei genitricis Mariæ, voto facto se, quædiu viveret, monasterii in rebus exterioribus procuratorem futurum, atque ibidem post obitum condignam habuit sepulturam, curante ipsa Hunegunde, quæ tum eo in loco abbatissæ officium gerebat. Obiit sanctissima virgo v1111 calendis Septembris anno, ut placuit Mabilioni, 690, propterea quod, inquit, sanctus Eligius, qui eam e sacro fonte levavit, obiit circiter annum 660. Sed quid cognationis habeant uterque & præfatus & abbatissæ obitus non videmus. Corpus sanctæ virginis e tumulo elatum est pridie nonas Octobris anno 946, cuius rei historiam a Bernero, primo ejusdem loci abbate, descriptam habes inter Acta SS. Bened. tom. 7. pag. 213. Deinde in pretiosorem thecam anno 1052 translatum est sub Macario Humolariensi abbate. Post hæc, x11 cal. Sept. anno 1478 Petrus II abbas, constata exquisitissimi operis theca, illud in eam inferri curavit a Guillelmo Maratino episcopo Noviom. Furentibus postea bellis deportatum est Quintinopolim; sed ad suas Humolarias retatum cal. Aprilis anno 1679, repositum est solenni pompa supra majus altare eodem anno vi nonas Julii ab episcopo Noviomensi Francisco de Clermont. Vitam sanctissimæ abbatissæ scripsit idem abbas Bernerus, quam leges in Actis SS. Bened. tom. 2. pag. 1018.

II. Berta, post mariti obitum monasterium amplexata apud S. Petrum Remensem, ad regendum Humolariensæ monasterium accersita est, ut monialium illic degentium mores emendaret. His quam subinde S. Hunegundis exemplum imitandum proponeret pia antistita, ille quibus hæc monita haud grata erant, de ejus sacri corporis absentia quædam ausæ sunt commentari signenta; quæ ut efficacius reselleret, sacre virginis corpus incerto loco reconditum pervestigare coepit. Eo post multas preces ac vigiliis reperio, a Gilone presbytero & S. Quintini Veromanduensis custode admonetur, non prius e terra levandum quam dioecesani episcopi (is erat Transmarus) facultas concessa esset. Hanc vero commisit episcopo Radulfo Noviomensis ecclesie archidia. postea ejusdem ecclesie episcopo, qui adjuncto sibi ex ecclesia Quintinopolitana Gilone custode cum alio presbytero, id exsequutus est v11 idus Novemb. anno 946. Multa in hac translatione miracula facta esse asserit Bernerus qui ejus historiam in literas retulit. Idem celsatur Transmarus ipse episcopus in literis quibus anno sequente rogata Berta abbatissæ altare S. Stephani parochiale apud Humolarias parthenoni S. Hunegundis concessit. Quas literas lege inter Acta SS. Bened. tom. 7. pag. 213.

## ABBATES.

**B**ERNERUS. Mortua vel abdicante Berta abbatissa, quæ moniales suas ad meliorem frugem reducere tentaverat, quam illæ a solutiore vita pedem referre nollent, Adalbertus Veromanduorum comes, in cuius ditione hoc monasterium positum erat, una cum nobili viro *Eilberto & conjugæ sua Hersende*, qui huic locum inflaurandum emendandumque ab eodem comite acceperant, apud Transmarinum regem satis egit, ut *sanctimonialibus inibi non satis honeste viventibus, & regulari districti subijci nolentibus, inde remotis substituerentur monachi, qui obedirent regule & abbatibus*. Ejus rei causa idem *Eilbertus prædictam abbatissam domino suo comiti, videlicet Adalberto, reddidit, islem vero comes regie ditioni eandem obtulit, quo assuevta omnino diminutione, & sine aliqua alicubi subjectione abbati regulari concessa, invariabilis in perpetuum permaneret*. Quod quidem rex ita fieri sancivit anno 948, favente conjugæ sua Gerberga, una cum episcopo Artaldo, episcopo Widone Sueffionensi & Gibino Catalaunensi, atque Hincmaro abbate & monachis S. Remigii Remensis, ex quibus nova colonis Humolarias deducta est sub Bernero primo ejus loci abbate. C Integrum diploma editum est inter Acta SS. Bened. tom. 2. pag. 1025, cum bulla Johannis XII pape eadem de re Bernero abbati inscripta anno 957. Biennio post, eadem Gerberga regina dedit Bernero terram apud Ruminicum, ex diplomatia, pag. 571. Sedebat adhuc Bernerus anno 963, quo ad ejus petitionem Herbertus Meldorum comes & abbas sancti Medardi Sueffionensis duos manfos concessit Humolariensibus, ex charta quam leges apud Hemenrum instrum. pag. 33. Imo videtur sedisse adhuc anno 982, quo prædiorum quorundam acquisitionem ab eodem factam Adalbertus comes confirmavit, ex Mabilione Annal. Bened. tom. 4. pag. 42.

II. Albricus, sedebat ex Hemenrum pag. 99 anno 962, sed male ex iis quæ modo diximus. Sub ejus præfectura, ante annum 988, Lantbertus S. Quintini signifer & castellanus, quandam donationem fecit Humolariensibus, apud quos postea defrensæ seculum, se pro Dei amore devovit monachum; cuius rei traditionem per manum Adalberti comitis fecit; ab Ottone comite ejus filio postea confirmatam rogatu Walerani abbatis, ut videre est apud eundem Hemenrum Instrum. pag. 35.

III. Richardus I, celeberrimus archimandrita; de quo nos satis olim in abbatibus S. Vitoni Viridunensis, Humolarias cum plurimis aliis abbatibus suscepit regendas. Præter huic monasterio annis 1018 & 1025 aut circiter, inquit Hemenrus, quam Albertus II Veromanduorum comes vitam sceleribus insuam cum morte commutavit; quæ de re legendus Baldricus lib. 3. cap. 23.

IV. Walerannus, monasterii præpositus, a Richardo Viridunensi institutus est abbas paulo post mortem Alberti II comitis. Hujus rogatu Otto, frater ac successor Alberti, conventionem quandam ab ipso factam cum hominibus villæ

Y y y iij

Lantiaci confirmavit anno circiter 1030. Prædia A  
quædam in villa Segunente comparavit anno  
1043, menſe Auguſto, obiitque eodem anno.

V. Bernardus, ſedebat eodem anno 1043,  
quo Otto comes Veromanduenſis confirmavit  
Humolarienſibus donationem cujuſdam prædii  
apud Carcellas. Præerat adhuc ex Hemeræo,  
anno 1049.

VI. Macarius, corpus ſanctæ Hune Gundis in  
pretioſiorem thecam transferri curavit an. 1052  
a Gerardo I abbate S. Quintini in Inſula. Num-  
quid ille eſt *Marcellus*, Elnonenſis monachus,  
quem tradunt conceſſum fuiſſe abbatem Humo-  
larienſibus a Malbodo abbate Elnonenſi, ut ob-  
ſervavimus tomo III. col. 260. Marcellus tamen  
ille non eſt forte diſtinguendus a *Mafcelino* qui  
brevis ſequetur.

VII. Henricus, adſuit anno 1059 corona-  
tionis Philippi I regis. Factus anno 1074 abbas  
S. Remigii Remenſis, Humolarias nihilominus  
diu retinuit. Vide abbates S. Remigii & Novi-  
genti ſubtus Codiciacum.

VIII. Erieboldus, menſe apud Hemeræum  
Ercemboldus. Eo ſedente, an. 1094, Johannes  
theſaurarius S. Quintini dedit Humolarienſibus  
altare Urvillaris; cujus rei chartam habes apud  
Hemeræum pag. 151.

IX. Richardus II, præerat ex Hemeræo anno  
1095.

X. Mafzelinus, ſeu Matzelinus, ſub cujus præ-  
fectura, anno 1100, ut Mabilioni viſum eſt,  
Verricus miles, cognomento Satrapa, ſe ſuæque  
omnia cum filio Gerardo, poſtpoſita ſeculi pompa,  
monaſterio obtulit. Sedebat adhuc anno 1105  
ex Hemeræo.

XI. Aldo, occurrit an. 1122; obtinuit anno  
1124, a Calliſto II papa, bullam qua confirman-  
tur bona monaſterii. Impetravit quoque eodem  
anno a Simone Noviomenſi epifcopo, ut altaria  
S. Stephani Humolarienſis & Laudercuriæ, que  
cum perſonatu tenebantur huc uſque Humolarien-  
ſes, deinceps abſque perſonatu poſſiderent.

XII. Hugo I, factus anno circiter 1132 ab  
Innocentio II ſummo pontifice cardinalis & epif-  
copus Albanenſis.

XIII. Hugo II, obtinuit anno 1133 altare  
*de Marci* a Simone Noviomenſi epifcopo; &  
annis 1145 & 1147 privilegia ab Eugenio III  
papa. Anno 1146 idem Simon ad ejus petiti-  
onem dederat Humolarienſibus altare de Ruvereio.  
Anno 1150 Hugo tranſiit ad abbatiam Elno-  
nenſem, in qua de eo egimus tom. 3. col. 262;  
ſed abdicaverat antea in gratiam ſequentis. Ve-  
rum tamen pacto quod ſucceſſor pepigit an. 1047  
cum abbate S. Præſecti ſuper altari Moricurtis,  
ſubſcripſit & ipſe; imo vocatur adhuc abbas anno  
1149; quod argumento eſt, aut Mabilio Annal.  
Bened. tom. 6. pag. 448, cum quondam aucto-  
ritatem apud Humolarias primis ſucceſſoris ſui  
annis retinuiſſe. Eam autem omnino dimiſiſſe  
videtur anno 1150, quo factus eſt abbas Elno-  
nenſis.

XIV. Warinus, ſedebat jam ab anno 1147,  
ut obſervavimus modo. Obtinuit eodem anno,

pridie idus Maii, privilegium ab Eugenio III  
papa. Emit anno 1153 prædium in villa *Ugel*  
ab Aquicinclinis monachis pretio 140 libr. Pru-  
vinenſi. Occurrere adhuc dicitur in inſtrumentis  
anno 1159 exeunte; quamquam Annal. Bened.  
tom. 6. pag. 553, mortem ejus conſignat anno  
circiter 1155, Martenius noſter, qui & Anecd.  
tom. 1. pag. 443, vulgavit literas Hugonis de-  
ceſſoris ſui, tunc abbatis Elnonenſis, qui eas  
ſcripſit de morte Warini ad priſtinos fratres ſuos  
Humolarienſes. Certum eſt nihilominus ex tabu-  
lario eccleſiæ Noviomenſis Warinum ſubſcripſiſſe  
inſtrumento dato 1111 cal. Julii anno 1157.

XV. Rainerus, ſedebat anno 1158 ex chartis  
Novigenti ſubtus Codiciacum; anno etiam 1161  
ex Hemeræo.

XVI. Petrus I, præerat anno 1163 ex chartis  
S. Medardi Sueſſionenſis. Obtinuit anno 1166  
privilegium ab Alexandro III papa. Vivebat adhuc  
anno 1175 ex tabulario Silvæ-majoris. Obiit 14  
non. Decemb. ex necrologio Collianciarum.

XVII. Hubertus, cujus mentio occurrit annis  
1178 & 1188 in tabulis Ribodimontenſibus  
& Quintinianis, ſedebat adhuc anno 1192 ex  
archivo Boheriarum.

XVIII. Balduinus, homines Humolarienſes  
qui regi exercitum & equitatum reddere tene-  
bantur, ab ea ſervitute eximi obtinuit ab ipſo rege  
anno 1223. Occurrit adhuc B. anno 1234.

XIX. Thomas ſedebat anno 1251 ex He-  
meræo.

XX. Guarinus II, anno 1255 ex eodem.  
XXI. Johannes I, occurrit anno 1259 in  
chartis Ribodimontenſibus.

XXII. Rainaldus, ſeu Reginaldus, contem-  
debat anno 1273 cum capitulo S. Quintini, de  
decimis in Siliaco. Occurrit adhuc anno 1275.

XXIII. Johannes II, quem electum & confir-  
matum Clemens V papa regi chriſtianiſſimo  
commendavit anno pontificatus ſui primo, hoc  
eſt anno 1305 aut 1306. Idem vero, ſeu forte  
alter ejuſdem nominis occurrit adhuc anno 1354.  
Johannes qui ſedebat anno 1309, dicebatur Ju-  
hannes *Courel* ex chartis S. Eligii- fontis; qui  
vero ſedebat anno 1323 vocabatur Johannes *de*  
*la Craix*, ex ipſis Humolarienſibus chartis. Porro  
inter hæc duo cognomina parum forte diſcri-  
minis intereſſe videbitur nonnullis.

XXIV. Guillelmus, præerat anno 1414 ex  
Hemeræo.

XXV. Petrus II, de quo ſupra in ſanctæ Hu-  
negunde, præerat anno 1478.

XXVI. Simon *le Roi*, ultimus regularium,  
ſedebat anno 1585; obiit anno 1587.

XXVII. Adrianus *de Hainaut*, quem Heme-  
ræus antepoſit Simon, præerat, ex Sammartha-  
nis, anno 1589.

XXVIII. Franciſcus *l'Avocat*, canonicus &  
viſitator valetudinarii Pariſienſis, obiit XVIII  
cal. Februarii anno 1646. Corpus ejus in eccleſia  
cathedrali ſepultum eſt cum epitaphio prolixiori;  
cor, in ipſo valetudinario.

XXIX. Henricus *de Lorraine*, filius Caroli  
ducis *d'Elbeuf*, & Catharina: Henricæ filia: Henrici

IV regis ex Gabrielide *d'Estres*, apoplexia cor-  
 ruptus obiit 111 non. Aprilis anno 1648.

XXX. Armandus *de Rohan*, quem alii Fran-  
 ciscum appellant, comes Rupis-fortis, filius Her-  
 culis ducis *de Montbazou*, factus abbas an. 1648,  
 obiit an. 1663. Fuit etiam abbas Vindocinensis.  
 Vide tom. VIII. col. 1379.

XXXI. Josephus *de Carbon-de-Montpezat*,  
 archiepiscopus Tolosanus, cessit sequenti.

XXXII. Johannes *de Carbon-de-Montpezat*,  
 archiepiscopus Bituricensis, abbatiam tenebat an.  
 1666, quo quidem anno quam unus degeret  
 in monasterio monachus, Antonius *Thuret* mona-  
 chus Remigianus factus est prior. Hic & doctrina  
 & religione conspicuus ecclesiam, quæ an. 1607  
 vallata fuerat, reparare sategit, temporalium non  
 minus quam observantia regularis studiosus. Jo-  
 hannes obiit anno 1686 archiepisc. Senonensis.

XXXIII. Annas-Franciscus Robertus *Aubert*,  
 obiit cal. Septemb. anno 1716.

XXXIV. Carolus-Franciscus *d'Hallencourt*  
*de Drosmend*, episcopus Augustodunensis, tum  
 Vindocinensis, abbatiam obtinuit anno 1717.

#### S. QUINTINUS in Insula.

PRæter majorem Quintinopolis ecclesiam,  
 primi regionis illius fideles aliam erexerant  
 in (stagnantis Somene paludoso loco vel insula,  
 quæ S. Quintini martyris pignora in sinu suo per  
 annos quinquaginta quinque foverat, effossis duo-  
 bus puteis, in quibus sacrum caput a corpore  
 divisum, & reliquum cadaver ferreis transfixum  
 verubus delituerat.

Ut Clodoveo-Magno sacris undis abluto pacio-  
 ra fulgere tempora, crevit etiam Insulana illius  
 ecclesie dignitas, sive majoris cœnobii facta sit  
 ab exordio cella, sive paulo post abbatalem ad  
 gradum evecta, quem etiam post Normannicas  
 seculi novi clades obtinebat. Rerum ibi per quin-  
 que secula gestarum intercidit omnis memoria,  
 quidquid ab Eligio in inventione sacri corporis  
 factum referat Audoenus, quod Insulanae basilicæ  
 perperam aptant recentiores. Nec vacat intrusum  
 a Jacobo de Guisfa proferre *Autbertum* Insulanum  
 abbatem, anno si superis placet 800 Dominicum  
 sudarium excipientem Compendii cum aliis:  
 quippe nonnisi post annum 875 in conditum ab  
 se S. Corneliū basilicam hæc aliaque cimelia Car-  
 olus-Calvus rex intulit. Hunc in annum si dif-  
 ferretur *Autbertus*, nil obesse quominus huic ce-  
 lebritati dici possit interivisse. Nam post vastatum  
 a Normannis anno 882 pagum Veromanduen-  
 sem, medio videlicet seculo decimo, Hugo cle-  
 ricus locum obtinebat. Sed Hugoni successit vir  
 nobilis *Anselmus*, majoris basilicæ canonicus, In-  
 sulanam ecclesiam abactis clericis restituit, &  
 monasticam ad normam postliminio revocavit.  
 Rem uti gesta est ex auctore suppari proferre  
 juvat.

In primis, ait, summatim referendum est nobis  
 qualiter potentia divinæ majestatis quæ juxta  
 Psalmographi vocem *substitit de tellure inopem &*  
*de stercore erigit pauperem*, relevavit locum istum,  
 quum pene jam ad nihilum foret redactus. An-

*selmus* itaque omnimode ditissimus, atque apice  
 canonicali adustus, omnique dapilitate rerum  
 redimitus, quem multi vestrum propriis videre  
 ocellis, desuncto quodam clerico *Hugone* nuncu-  
 pato, impetrare meruit abbatiam Insulae a vena-  
 rabili Adalberto comite, quam nonnulli ante  
 illum cupierant emere, sed nullatenus prævalere,  
 Nec immerito. Sic enim credimus placuisse om-  
 nipotenti Deo, ejusque inelyto martyri Quintino,  
 cuius beata membra per undecim in ea, ni falli-  
 mur, jacuere quinquevnia. Quapropter memo-  
 ratus Anselmus primum construxit pontem faxi-  
 genum, per quem citius veniretur in Insula  
 locellum, nam antea navigio veniebat. Quo  
 patrato, confestim videres birotos cum plauris  
 advehere lapidum terreque congeriem ad abji-  
 ciendas aquarum enormitates. Pulis denique mo-  
 lestis aque, illico fabricavit basilicam prout pos-  
 set decentissime ligneam; circa quam instituit  
 fervorum Dei habitacula, sicut de ligno eleganti-  
 ssima. Quibus peractis famulantes divinæ cle-  
 mentie monachos inibi collocavit, omnibus qui  
 ibi erant canonicis eliminatis.

Insulationis tempus illigat anno 965 throni-  
 con S. Medardi Suelionensis in Spicil. tom. 2.  
 pag. 786; quinquennio vero citius auctor vitæ  
 sancti Quintini adhuc in bibliotheca monasterii  
 Geneticensis latians, his verbis: « Anno Ottonis  
 primi xxv. Christi dcccc.lxx. ecclesia S. Quintini  
 martyris, quæ est in Insula super fluvium Somene  
 sita, cœnobium monachorum facta est. Proce-  
 dente vero tempore, crescente numero fratrum,  
 & aucta possessione redituum, esse abbatia cepit:  
 in quo loco adhuc duo putei extant, in uno  
 quorum caput ipsius martyris, in altero corpus  
 angelo revelante inventum fuerat. » Quo ex loco  
 prodierint renovati monasterii cultores non Hu-  
 domulienles fuisse conjectant, cum ex locorum  
 D vicinia, tum maxime quod lux Bernero abbate  
 Remigianus grex illuc invehctus præ ceteris reli-  
 gione floreat.

Non autem sine regis assensu locum subiere  
 monachi, quibus anno regni 23, Christi 976,  
 indict. iv, Lotharius rex Singinam villam one-  
 ribus immunem firmavit his verbis: *Notum sit*  
*quod Arnolds abbas cellæ S. Quintini, quæ sita*  
*est in fluvio Somene, in suburbio ejusdem municipii,*  
*ante nostram accessit presentiam, humiliter nostram*  
*exorans excellentiam, ut villa S. Quintini quam ipsi*  
*monachi tenent in pago Meletenensi, nomine Syngin,*  
*ab ipsi ex nostro beneficio largiremur; quod pro Dei*  
*amore sicere decrevimus. Præcipimus ergo atque sta-*  
*tuimus, ut ab hodierna die eadem villa cum suo pro-*  
*vincula iunvnis maneat ab omni quærela conitis, sive*  
*regalium ministerialium; sed quicquid in ea corri-*  
*gendum, sive in latronibus, sive in aliis quærimoniis*  
*fuerit, ex nostra concessione abbas & ministri ejus*  
*libera vantur fiscalitate. Instaurati cœnobii primus*  
*videtur abbas Arnoldus ille, quem non Insulanum*  
*rex dicit, sed abbatem cellæ S. Quintini in fluvio*  
*Somene, propterea quod ipsa insula, quæ vetus*  
*erat cellæ illius municipium, alienis adhuc pos-*  
*sefforibus tunc cedebat. Sed primariam hanc*

monasterii dotem, additaque piorum beneficentia possessiones, qui propriis in usus transferant Veromandorum abba-comites & Quintinianorum canonicorum coetus, earum partem ut redderent monachis post annos septem adducti sunt. Cujus pii operis auctor & institutor fuit Albertus I comes anno 983, ut legere est apud Hemerazum instrum. pag. 32, ubi tamen pro indictione XIV legenda indictione XI.

Liudulfus Noviomensis episcopus, Alberti filius, non modo superiora probavit dona, seu nova concessit, sed & anno circiter 984 lapideam struxit ecclesiam, editorumque a Quintino martyre miraculorum seriem ab illustrati cenobii monacho describi curavit. Libellum publici juris fecit Hemeraz in Augusta Veromandorum illustrata; sed eum præter omnem æqui bonique rationem cuidam ecclesie Quintiniane canonico ductus partium studii affinxit, tamen monachum se Insulanum apertissime prodit auctor his verbis cap. 1. *Qualiter potentia divine majestatis relevavit locum istum.* Deinde cap. 2. *Miraculum quod quidam fratres nostri, qui adhuc supersunt, se scire fatentur, & vidisse nobis veraciter retulerunt.* Et cap. 3. *Quidam adolescens, nomine Girholus, in nostro famulabatur pistrino. . . . Is priorum jussu nostrorum ascendit novi & lapidei trabes templi.* Tum cap. 4. *Donec rursum surgens a terra affines recognosceret suos, & vidisset, ut conspeximus, oscularetur illos.* Denique cap. 5. *Ostendit nobis in eodem brachio suo, &c.* Cetera non minus Hemerazi fidem elevant.

Undecimo decurrente seculo par fuit apud Insulenses monachos religionis ardor & rerum copia, pontificibus altaria, decimas, cœmeteria; militibus villas, latifundia, seipso S. Quintino mancipantibus. Eorum seriem anno 1110 expressit Baldricus Noviomensis episcopus, & qua pollebat auctoritate firmavit. Firmarunt & Baldrici successores que seculo duodecimo & sequenti non absimilibus studiis ab optimatibus indulta sunt munera, Romanorum pontificum exemplo, quorum rescripta suo loco perscringens.

Quam itaque sub clarissimis abbatibus discipline studiis non minus quam censibus & numero florent illi, precum ac suffragiorum societates cum variis ecclesiis ac cenobiis juxxere. Sed felicitatem hanc corruptit anno 1148, furentium civium atrocitas, quam ipsis Balduini abbatis verbis referre juvat: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Quoniam dies mali sunt, & invalescente superbia pravorum & delicto, injustitie tantum locus est, non iuniorio sapienter a patribus cautum est ut quisquis in ecclesiam Dei violenter & injuste agere presumpserit, anathematis sententia serietur, donec ecclesiastica declinante censura satisfactionis verberare puniatur. Eapropter ego Balduinus abbas S. Quintini de Insula, quod modernorum notitia satis & super intinatum est, posterorum notitia mandandum esse decrevi. Contigit apud nos quod quidam tenerarius hominem quemdam quem hostiliter persequabatur occidit. Et ut sua saluti provideret, in ecclesiam nostram confugit. Nos tanti sceleris admiratione percussus ostia ecclesie nostre claudi & obserrari*

*A* præcipuus, quam subito jurati totaque hujus ville communio hystorice frementes, telis & furore armati, arietino & vesano impulsu ostia ecclesie nostre confregerunt, & eum illum qui patibulo Dominica crucis brachiorum complexibus inhaerebat, sagittis & lanceis confusum ad terram dejectum, & extra ecclesiam trahentes variis vulneribus perforatum interfecerunt. Postmodum ad se reverentes & penitentia ducti, humiliter ad nos accesserunt, & de tanto scelere veniam postulantes, in hujus culpa satisfactionem pontes qui nostri sunt, quos facere & reparare nostra debet ecclesia, se deinceps in perpetuum facturos esse & reparaturos proniterunt. Nos autem eorum petitioni acquiescentes, rei seriem ne senio contaberet litterarum apibus achoravimus, & nostri, canonicorum etiam S. Quintini martyris sigilli impressione, & eorumdem burgensium testimonioque subtitulatione roboravimus. Sig. Drogonis decani. Sig. Roberti custodis, &c. Actum anno Domini M. C. XLVIII. Varia subinde cum civibus occasione pontium illorum vivariorumque, sive stagnantium aquarum, jurisdictionis denique in Insulanum suburbium & in conjunctum S. Lazari nocolomium, enata sunt discordia, que pios ac tenues jurium abbates monachosque diutissime vexaverunt.

Vexaverunt similiter Quintiniane majoris ecclesie canonici, quod monachorum religione pellecti ditiores ex civibus atque optimates, vel ad eos recederent Domino vota nuncupaturi, vel in eorum basilica aut contiguo cœmeterio monastica cum vite sepeliri peroptarent. Anno circiter 1164 item inde movere canonici, quam eodem anno in gratiam monachorum diremit Alexander III papa, datis Hugoni abbati fratribusque literis, hæc inter alia præferentibus. *Licet vobis præterea clericos vel laicos liberos & absolutos a seculo fugientes ad conversionem vestram recipere, & eos absque ullius contradictione in vestro monasterio retinere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam*

*D* esse decrevimus, ut eorum devotioni & extrema voluntati qui se illic sepeliri debuerant, nullus obstat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum & quibus mortuorum corpora assumuntur. Intercessere nihilominus canonici, Romanam ad curiam provocantes. Delectus a pontifice litis arbiter Radulfus Ambianensis decanus statutum edidit anno 1171 in hæc verba: *Quod si quis parochianorum majoris ecclesie in lecto agritudinis positus habitum religionis in ecclesia de Insula suscipere voluerit, accepta prius licentia a decano & capitulo majoris ecclesie, salvo jure & consuetudine majoris ecclesie, ad eam transire licebit.* Radulfo autem non solum assensere canonici monachique Insulenses; verum etiam Theobaldus Ambianensis episcopus, Warinus & Ingegnarius archidiaconi, Petrusque Humolariensis abbas, hanc compositionem sigillis ac subscriptionibus roboraverunt. Idem anno 1184 ratum habuit Lucius III papa; multique dehinc nobiles vel sanctiorem ibi militiam sunt adepti, vel corporis exuvias deposuerunt.

Anglicis, Flandricis, Burgundicis Hispanique tempestatibus acti Quintinianenses, gravissima cum in villis tum in ceteris censibus ante hos quater centum annos pertulere incommoda,



ut mirum videretur post acceptas & repetitis claudibus agellus elades, etiam nunc superflites flare. Quae trans Franciam diuisionem posita erant monasterii latifundia, saepe venerunt in hostium potestatem: quae Picardiae finibus continebantur, saepius a militibus peruase ville, diruta, vel igne consumtae sunt. Cenobium ipsum in anni 1557 insaufa Quintinopoles expugnatione flammis exhaustum, deiectionem & solo aequatum, omnia militum furori permitta, supellex, sacra vasa, reliquiae, libri, chartae, documenta. Qui intra-muranas aedes occupabant monachi, rebus spoliati omnibus, pars Vindocinium, alii Pontisaram ad S. Martinum, alii ad Remense S. Theoderici monasteria confugerunt. Prædones Bruxellas usque sequutus Radulfus le Blond cenobii præpositus, chartarum membranosos codices duos, veræ crucis portionem inauratæ cruci insertam non modica pecunia redemit; S. Lupi corpus, ceteraque repetenti sanctorum exuvias concessum nihil. Quintinopolim reuerfus quum procul abactus intellexisset sodales, & omnia funeri simillima, ad Bertini-curtem fecerit, ubi sustentandæ vitæ gratia parochum agens, ne monasterii prædica seu villæ cederent in alienas manus, flammisve donarentur, studius ac laboribus intercessit. Et ea quidem rerum facies funesto illo quo urbem occuparunt Hispani biennio. Reddita pace villicos adegit Radulfus ut locatos metarentur agros, profiterentur nomen, & coram iudicibus ab rege iudicibus prostrati monasterii vetulas aedes, singula bona, iura, limites, possessionem testes idonei recognouerunt. Mox ad reparandas aedes aggressus, in disiecti claustrii parietinis domum erexit in qua fugitiuus grex postliminio adiecit an. 1562, divini servitii penulam in Eligiana ecclesia persolvens.

Anno 1564 commendam adeptus Luxemburgensis princeps, procuratorem nisi, qui monachis septem in profligati monasterii tugurio satis honeste reperitis, abbatiæ possessionem capessivit. Creatus mox ab abbate vicarius generalis Radulfus, quem supra laudavimus, monasterii restitutor, peruasa bona recuperare studuit. Tum anno 1567 urbium in hospitium inductos sodales monasticæ exercitationibus operam dare, in ecclesia S. Thomæ martyris sacra facere, novitios admittere compulsi, dum in ipsis ædibus aptaretur sacellum. Ne vero pessundatæ veteris basilicæ omnis intercidere memoria, sacellum extruxit Johannes Galetus Insulæ monachus, ubi puteus erat fidelium pietate celebris, quod ibi sacrum Quintini corpus delituit. Redemptis qua licuit villis ac possessionibus, novam in hospitio fluxit ecclesiam Radulfus, quam post biennium absolutum Claudius Rambullietus Noviomensis episcopus, sacravit v. cal. Aprilis anno 1582. Instruendum est postea campanis sex mediocribus campanile; melioremque sornam inducunt aedes, quum regie subventionis ergo distraeta sunt vili pretio pinguiora latifundia, & alibi victum quaritare, palari, vertere solum coacti sunt aliquot monachi; civibus interim anno 1590 munitiones, fossas, aggeres, pontes, propugnaculum in veteris ecclesiae

Tomus IX.

A sede; ubi vero stabat majus altare, militum excubantium stationem ex monasterii lapidibus & disiecta materia constructibus. Nequicumque obstitere enim Radulfo monachi, civium probante cepta Picardiae gubernatore Longavillaco. His in miseris defecit pridie cal. Februarii anno 1596, nonagenario major Radulfus, vir æterna dignus memoria, cui quod veterum chartarum servant partem, quod sit amplius gaudent redditibus, quod post tot funera vivant superflites, se suaque debent omnia & abbates & monachi, nusquam acceptorum ab eo beneficiorum satis memores futuri. Deposuit in ecclesia Radulphi corpus, sub marmore quod ipse sibi vivens aptarat conditum est.

Ab anno 1594 in gentis Caumartinæ potestatem venerat Insulana abbatia. Anno autem circiter 1607 abbas pater, licentem regionum sigillorum cultos, claustrum ac dormitorium in hospitio vilissima construxit: tum post annos plus minus octo Quintinopolim accedens, in monachorum habitacula divertit, multa prælatæ de revocanda sanctiorum norma præfatus, priorem ut minus idoneum abiecit; Henricum Morellum S. Fulciani monachum doctorem theologum ipsi suffecit, priore ceterisve monachis ne hinc e C quidem audientibus, qui revere Luteciam abbas patri postmodum intercessere. Biennio tamen præfuit Morellus, at felici parum exitu. Quæ quum videret regionum sigillorum cultos, Michaelem Godefridum Insulam, & Davidem Cudnerum Anglum, Casinenses retinentioris vitæ monachos, promovendæ religionis ergo Quintinopolim misit cum seculari philosophiæ magistro qui novitios dialecticam edoceret. Ab his anno 1616, ipsis cal. Octobris ceptum reformationis opus, cui post breve temporis spatium monachi sex nomina dedere. Vitæ laxioris amantiores quatuor alii sejunctis in ædibus debebant. Tunc ecclesiae choro nova facies indita, nocturnæ vigiliæ, silentium, abstinentia Casinensium ad amulum observata.

Dum hæc succederent ad piorum vota, ecce Martellus, sejunctorum quatuor illorum unus, Davidem Cudnerum, horis vespertinis in choro navantem operam, toto nisu complexus rapit, tradit extra templum, eique fores occludit. Mox alii tres philosophiæ lectori lese majestatis crimen impingunt: pellitur ille in carcerem; at subornatum ab se locisque salam criminationem ut reformatores vertere solum cogerebant unus ex illis publice agnovit. Quamobrem efrænes illi perpetuo E sunt exilio multati. At cedendum temporis ratus solvit in Angliam Cudnerus, Godefrido pro viribus reformatam disciplinam sustentante: postea Caumartinæ adiens episcopum Ambianensem & Insulæ commendatarium, diu mulamque renitentem adduxit tandem ut alendis sexdecim monachis congrua præberet stipendia. Sed vivis erepio regionum sigillorum cultode, Quintiniani civis anno 1622 Godefridum Cudnerumque velut Hispanis addictos pepulerunt. Restituit in sedem prioris ille quem sigillorum cultos antea dejecerat, admissos quinque novitios Casinensium

Z 22

instituta fervare iussit, exulesque revocari curavit, uno foras vagante Martello, qui Roma demum reversus in Parisiensi nosocomio miseram vitam exegit.

Verum oculatis privati ductoribus monachi, sensim in laxiora desluere cœpere, ludis, aleis, computationibus indulgere, posthabita divini pensæ cura secularis vite delicias amplecti: quæ res Maubrolum & Acherium movit, ut prior anno 1634, alter post biennium congregationi sancti Mauri nomen darent; unde Maubrolus, vir indulsus, abbatis munus cum laude gessit; alter bibliothecæ sancti Germani a Pratis præpositus, quantumvis infirma valetudine opera plurima typis mandavit. Dissolutam aliorum vitam agere ferens abbas, idemque Ambianensis episcopus, Insulanum monasterium an. 1634 patribus sancti Mauri cedere animo destinavit. Missi hanc in rem Lutetiam Parisiorum tres monachi, cum superiore generali congregationis pacificuntur: peracta res erat, si conditionibus stare abbas-episcopus voluisset. At ubi petenda supellex, intruendis a dibus monarchisque alendis tribuenda fuere subsidia, procrastinare præsul, dilationis causas causas intexere. Delatum ad Parisiensem curiam negotium anno 1646, novis litium anfractibus implicatum est ad episcopi mortem, quæ demum contigit anno 1652. Patruo substitutus Henricus nusquam adduci potuit ut meliori normæ redderentur Insulensis, ni domum inducendi patres scripto testarentur nihil tenturos se quandiu in vivis ageret, quo debitam bonorum partitionem, quorum vix octavam partem cedebat, assequerentur. His itaque conditionibus, VIII idus Julii an. 1667, monasterium subeunt omnium egeni, quum reditus in antiquiorum stipendia converterentur, supellexque nulla, nec comparanda facultas suppeteret. Ad hæc qui melioris normæ studiosos fovere debuerat Noviomenis episcopus, quod inconsulto se, ut aiebat, inita fuisset monasterii possessio (consultus tamen fuerat absentis vicarius generalis) nuper inductos priorem ac monachos diutissime vexavit, nec post acerbos motus, antistitum Senonenis, Tornacensis & Meldensis interventu præstitit assensum, quin nova cœnobii possessio citra prioris superius memoratæ præiudicium iniretur.

Alendis monachis redimendisque tam domibus quam hortis & pratis in Insulano suburbio mutuata pecunia nullo profus emolumento, propterea quod adhibitum sit redempti territorii spatium & munienda urbi & erigendo bicorni propugnaculo, everis antiqui sanctuarii reliquis vestigiis, E si puteum illum Quintiniani corporis depositione sacratum excipias, quem cœnobii prior in aggeris summitate aperiri multis precibus agere admodum obtinuit. Videres tunc non sine lacrymis in terrarum seu effusione fei computatione, monachorum, abbatum, nobilium cadavera tumulis revulsa suis, quasi violatam quietem indigna, quin pars in coemeterium Eligianum efferretur, pars hæreticorum permixta libidini proiceretur in alveum, monasticis etiam vestibus involuta.

Quando reficiendis ædibus operam dare non

alicuit, intruendis novis ut locus aptaretur, circumpositas donos ingenti pretio comparavit reformatores, exiguis interim & obscuris casis reclusi. Post fractas christianissimi regis edicto Calvinisticæ religionis vires, quem Quintiniansum segregum numerosa plebes venient catholicam religionem educenda, qui cœnobio tum præerat Johannes Gelleus, theologia professor, adjunctis suorum optimis doctioribusque viris, in animarum salutem totus incubuit. Adhuc pontifice conciones habuit, disputationes, privata colloquia, quibus saniorum ad mentem fidemque plurimi sunt adducti: receptos in ecclesiæ sinum jurb consiliis & elemosynis, roboravit in fide verbis & exemplis: nihilominus monasterii res curavit diligenter, meliora cum abbate pacturus, si post exactum triennium ibi degere licuisset. Rebus demum humanis exemptus Henricus Caumartius locum fecit illustrissimo Bignonio, qui æquissime tandiuque efflagitate abbatem inter & monachos bonorum partitioni assensum præbuit an. 1741.

#### ABBATUM SERIES.

Quintiniansæ veteris cellæ præpositos recensere non licet ob instrumentorum defectum. *Aubertum* profert Jacobus de Guilla, Laudunensis ad S. Vincentium abbas; eumque tradit exceptioni Dominiici sudarii apud Compendium aduisse, quum Carolus rex & imperator basilicam sacris reliquiis ditaret. Penes auctorem sit fides. *Hugo* clericus, circiter annum 958 extinctus, canonicorum pusillo gregi præerat cum abbatis nomine. Post eum *Anselmus* genere nobilis, canonicus & ipse, stipendiarius clericus Alberti I comitis Veromanduorum ope sultus aleggavit; monachorum sub Arnolco, ni fallor, abbate cœtum induxit; ligneam ipsis basilicam, & ejsdem materie ceteras aptavit aedes; distracta prædia recuperavit; nova contulit ipse; regi denique ac plurimis optimatibus auctor fuit ut suam quisque symbolum conferret. Post accessit anno 960 monachos, quandiu vitam exegerit Anselmus, quove depositus sit loco docent monumenta.

I. Arnoldus, restituit monasterii parens alter, tenellum gregem doctrinæ sapientia virtutumque exemplis ad sanctiora provexit. Seghinensem Medetenensis in Flandria pagi villam Lotharii regis diplomate fecit anno 976 ab oneribus immunem; cuius rei diploma habes apud Marten. Collect. Amplif. tom. 1. pag. 326. Stagna duo monasterio contigua, suburbanam Insulam cum appendicibus universis, mansum apud Noviantum comitis in pago Laudunensi, necnon alia comitis Alberti beneficio comparavit. Ludulfo Noviomenis episcopo percarus, quamplures ab eo percepti ecclesiarum decimas. Sedebat adhuc anno 986. Obiit ante finem decimi seculi.

II. Gerardus I, aliis interpositus quorum exciderunt & nomina & gesta, occurrit in chartis Humolarientibus anni 1043. Subscriptus etiam anno 1047 Heriberti comitis instrumento in gratiam Præjectinorum. Quum prid. idus Januarii an. 1051, id est 1052, reliquias sanctæ Hune-gundis absente episcopo in thecam novam inserte

litageret Humolarianses, accitis vicinis abbatibus, habitabant (ita ferunt schedæ) *quisquam eorum contingere dignus haberet a Christo concessa tam pretiosa donaria; sed demum consulti, hanc tradere curant administrationem domno Gerardo abbati Insulano, quoniam erat natu major, ætate provectior, moribus gravior, religione devotior, pijsque oculibus proclivior.* Quæ laus omni elogio major facit ut eum ab æquivo loco successore, qui pervenit ad annum saltem 1088, feceramus.

III. Gerardus II, anno 1075 novalium, ubi veteres colligebantur decimæ, jus a Gregorio VII papa consequutus est. Anno 1088 Robertum Flandriæ marchionem convenit, a quo totam novæ tertæ Waslinam, seu decimam apud Oskerkam & alia pagæ Brugensis loca reportavit.

5 Anno 1086 legitur *Robertus* quidam, sancti Quintini abbas, sane non distinguendus a Gerardo, permulta nonnulla cum monasterio sancti Luciani Bellovacensis.

IV. Balduinus I, sedebat anno 1100, ex Hemerco pag. 102.

V. Gualtelinus, seu Watalinus, accepit anno circiter 1104 a Bernardo milite, cui joculariter cognomen *Curta-fides*, mediam partem alodii de *Adignies*.

VI. Ingelbertus, seu Angelbertus, alijs Gilbertus, sedebat anno 1106, quam Baldricus Noviomensis ac Tornacensis episcopus Insulanus monachis concessit, ut altaria de *Sensym* & *Annewelin*, que cum personatu tenebant, sine personatu deinceps possiderent. Hugonis etiam Laudunenſis episcopi, dono altare Bertini-curtis abque personatu monasterio firmari curavit Ingelbertus; quod anno 1114 ratum habuit Bartholomæus antistes. Leprosorum sacellum & domos in abbatiæ fundo constructas ejusdem arbitrio confirmavit anno 1122 Lambertus Noviomensis episcopus. Anno sequenti Ingelbertus literis Johannis Guisfæ domini Præfectino monasterio concessit nomen apposuit. Anno 1128 pepigisse videtur cum sanctimonialibus Monasterioli subus Laudunum, nisi forte pactum illud ad Balduinum qui sequitur referendum sit. Rebus tandem optimo loco constitutis extinctus est anno circiter 1130.

VII. Balduinus II, Ingelberti ex fratre vel ex sorore nepos, legitur primum in tabulis anni 1136, quo Præmonstratensibus Montis sancti Martini terram cultam & incultam, silvam, &c. apud Brachau-curtem sub annuo censu donavit; de qua donatione jam diximus minus accurate tomo III. not. ad instrum. col. 40 & 41. Vide Marten. Collect. Anaplist. tom. 1. col. 750. Anselmo Novigenti abbati conditione pari concessit anno 1145 prædium five alodem cum silvis & pratis apud Monticellos super Seram fluvium positus. Warino similiter & fratribus Casæ-Dei Vicinensibus censum minuit quem ex molendino apud Inciacum capiebat. Denique Bernardo Tupiniacensis cellæ priori sociisque Montiniacum ad Ilaram locavit sub annua 450 discorum ligneorum pensatione. Balduini studio basilica meliori donata schemate, sacra est anno 1146, tum

*Tomus IX.*

A aurea cruce locupletata quæ multas caperet sanctorum reliquias, necnon argentea theca pro servandis SS. Lupi & Vulfardi exuvijs. Perpetratum anno 1148 a furentibus civibus homicidium, & hanc in rem scriptas a Balduino literas replicare supervacaneum. Huic eodem anno Saufon Remensis archiepiscopus Leprosorum domus sacellique curam & administrationem firmavit ex sententia Josleni Sueffionensis, Bartholomæi Laudunenſis, Nicolai Cameracensis episcoporum, Odonisque Remigiani, Aldrici Theodericiani, atque Urfionis Dionysiani apud Remos abbatum. Anno 1157 cum Richardo abbate Ribodimontensibusque monachis pepigit de Puteolorum

decimis cum Harciensibus æquali jure commutandis. Anno 1163 consequutus est personatum Dodini de Oskerka cum subiecta plebe, beneficio Gerardi Tornacensis episcopi. Anno 1164 abbatiam dimississe videtur, in Palastinam profectus, ubi creditur a nonnullis concessisse in fata. Nam existat Alexandri III papæ diploma, pontificatus anno sexto, singula monasterii bona describens, *Hugoni* Insulano abbati scriptum: qui quidem Hugo post restitutum in sede sua Balduinum, & anno forte 1169 vivis ereptum, Insulensibus præfuit. Non me latet Balduinum hunc nostrum

C in duos tresve nonnisi ejusdem abbates fecari: quorum prior eo nomine secundus anno 1154, iniquiunt, diem clauferat extremum; quod in illius anni literis Balduinus *pie memoria* laudatur abbas. Sed quid vetat delatum id honoris Balduino I, quem ineunte duodecimo seculo abbatem Hemeræus continuavit? Deinde ex instrumentis domesticis Balduinus qui sedebat abbas ante annum 1154, Balduinum habuit monasterii sui priorem, quemadmodum & Balduinus ille qui sedebat abbas anno 1167. Idem denique post annum 1154 elucet Balduini abbatis plane liberalis animus, uti sequentia probant: ut nullus dubio sit locus, quin is ipse qui anno 1136 præfecturam auspiciatus est Balduinus, eam tenuerit in annum 1154, quo sedere cepit Hugo, propterea quod Balduinus vel gravi correptus infirmitate, vel pro mortuo sit habitus; sed tandem vitæ sanitative redditus, locum iterato subierit, Hugone parenti optimo primas deserente, suffragantibus Balduino priore ceterisque monachis. Anno 1165, Balduini Noviomensis episcopi consilio pactum inivit cum Gerardo ecclesiæ S. Eligii parrocho. Acceptor paulo post a Johanne de Ailiniaco furni de Canali donum, in pauperum eleemosynam inpendit, sub anathemate statuens singulis hebdomadis unum frumenti modium eis distribui coelatum in tribus furnis Insulensium, de Nova-villa & de Canali. Eodem anno millibus Templi terram de Prencis juxta Lillam fluvium cum appendicibus tributis in annum dimidiæ bestis argenti censum; subscriberibus Balduino priore & alijs. Anno 1168 Leprosos repressit proprium sacerdotem aulos insinuere. Tandem circiter annum 1169 plenus dierum ac meritorum obdormivit in Domino.

D

VIII. Hugo I, de quo dicebamus modo, delibatum anno 1164 dignitatem refumisit anno

Z z z ij

circa 1170; sequentique natam cum Quintinianis canonicis litem tam ob cives alioque monachos *ad succurrendum*, in extremis monastica velle coniectos, quam propter sepulcrum composuit; ut salvo majoris ecclesie, si quod esset in illos, jure, liceret omnibus monasticam vestem apud Insulanis induere, & sepulcrum adipisci. Instrumentum hac de re confectum edidit Hemeaus pag. 101; sed plane mutilum & adulteratum. Hugo pepigit anno 1178 cum Gela S. Petri Remensis abbatissa.

IX. Mattheus, vir admodum strenuus, occurrit in instrumentis eodem anno 1178. Prædium & oratorium Caciacense concessum sibi anno 1182 dimisit Novigentinis monachis, ea lege ut in cellam trium monachorum aptaretur. Comparatos apud Seghinum reditus, sed a loci dynasta pervalos, Evrardus Tornacensis episcopus anno 1183 synodum agens Mattheo asseruit. Anno 1186 de prædiis apud Villare-siccum, possessionibus Vincentianorum intermixtis, cum Hugone loci abbate pactum edidit, quo sua cuique fors definita cedebat. Anno 1187, diurnas cum Werrico comite de Ficalanis lites occasione molendini de *Gronart* & mansionis composuit; testibus Huberto abbate Humolariensi, Avifio decano sancti Quintini, & aliis. Anno sequenti prædia commutavit apud Noviantum comitis & Hamellum cum Roberto abbate monachisque sancti Nicolai in Nemore. Anno 1191, majoris Seghinensis fregit audaciam. Postea enatas cum Viconiensibus ob ecclesiam & monasterii proventus controversias sopivit decreto abbatum Gisleberti Fulsiacensis, Oisardi Laudunensis ad sanctum Martinum, & Radulfi Noviomensis ad S. Eligium; eoque demum perducta res est, ut sub anna præstatione prædia cederent Insulanis; que Mattheus anno 1206 Waltero militi de Regniaco credit in annos duodecim sub quinquaginta frumenti modiorum censu, præter avenæ modios duos, pisorum modium unum, & debitam Viconiensibus præstationem. Mattheum Clemens III & Innocentius III, summi pontifices, judicem delegarunt, ut Præcætinii cœnobii pervasa bona recuperaret. Singularis fuit in illum Eleonoræ Veromanduenfis commissa reverentia, quæ fidei ejus commisit jurium capellæ Ribodimontensis definitionem. Sedebat adhuc anno 1216, & paulo post meritis & annis plenus e medio sublatus est. De eo lege que diximus tomo III. col. 138, in abbatibus S. Andree Cameracensis.

X. Renerus, seu Rainierius, videtur hic collocandus, quem necrologium S. Vincentii Laudunensis commemorat pridie nonas Januarii.

XI. Hugo II, præter anno 1220, ex indice veteri sacrarum reliquiarum, ubi Crux fulgebat, quam *domnus abbas Hugo fecit anno Domini M ccc. x.* Prædia quædam annis 1223 & 1224 acquisivit. An is qui biennio post interposito sacramento, tactisque sacris Evangeliiis, Gerardo Noviomensium antistiti vovit obedientiam, seque suosque monachos bona fide servatos promisit quidquid ille in monasterii commoda sanciret? Certe anno 1227 monachi licentiam petiere ab rege eligendi abbatis.

XII. G... reperitur in literis anni 1233, quibus Simon miles de Radulfi-curte, qui in monasterii vario palos fixerat, tertium injeccerat, pificationis jus ostendebat, a ceptis destitit, ei tributa quatuor librarum annua pensionatione, quam feodi titulo sub clientelari professione recepturus erat.

XIII. Petrus I, electus anno 1234 post licentiam eligendi a rege petiam, occurrit adhuc anno 1236.

XIV. Simon, anno 1237 cum majore & juratis Quintinopolitanis pactum inivit de pontium abbatie fartis tectis, *ventabbus*, & aquis vivarii *B adpunctatis*. Eodem anno confirmavit quandam venditionem factam comiti Campanie. Anno 1241 prædia comparavit a Godefrido de *Rogni*. Anno 1249 societatem inivit cum Nicalanis. Occurrit adhuc anno 1255 in tabulario sancti Johannis Laudunensis.

XV. Gerardus III, clari nominis abbas, floruit anno 1270. Bonis excultis literis, referente post Trithemium Gesnero, historiam scripsit concessæ sancto Ludovico coronæ, crucisque Dominicæ, necnon earumdem ab urbe Constantinopoli ad Sacram capellam Parisiensem translationis. Beatæ etiam Elisabeth Landgraviæ miracula post mortem edita descripsit cum sacris hymnis ac responsoriis in laudem illius decantandis, quæ vetus cœnobii breviarium idib. Novemb. complectitur. Vir magnæ pietatis & eruditionis audit ex commentario manu exarato, quem ipse scetum esse nemo inficiatur. Annis 1272, 1274, & 1275, monasterii jura adversus malevolos quosdam strenue tutatus est.

XVI. Reginaldus, multis jam confectus negotiis exortam anno 1290 discordiam de vivarii aquarum defluxu sopivit. Anno 1294 comparata bona caduci jure absolvenda curavit. An. 1299 celebratum est apud sanctum Quintinum in Insula capitulum generale monachorum nigrorum, cujus acta leges in appendice. Anno 1302, Reginaldus domum de Radulfi-curte cum appendicibus univèrsis emit ab Hugone de Parauo, militia Templi visitatore generali sub annuo censu 32 modiorum frumenti & 16 avenæ, cui vicissim ac sodalibus ejus Tertriaci decimas & ecclesiæ patronatum dimisit.

XVII. Walterus, anno 1306 frumenti modium in villa Novianti-comitis percipiendum cessit Laudunensibus ad S. Vincentium monachis, ut Sarti & Senancuris decimas solus obtineret. Sequentibus annis jus *extraheria & forisfacti* contra regis ministros regis ipsius decreto asseruit. Anno 1309 prædia commutavit cum Johanne abbate Humolariensi. Postea Veterem-villam sub annua pensione 40 librarum, modiorumque frumenti 30, & avenæ 13, comparavit; quas conditiones Nicolaus successor ejus dato pretio redemit anno 1327, probante rege. Alia Walteri pacta anni 1315 cum Præcætinis, & comparata ab eo Seghini præfecturam an. 1319 tabule representant.

XVIII. Nicolaus I, anno 1323 cum Guidone episcopo capituloque Tornacensis composuit

Ch. xxvii.  
col. 186.

lites de decimis quarundam ecclesiarum. Anno 1328 domum in villa Radulfi-curtis emit a Druone Royens, nobilissimo milite. An. 1338 memoris Aurez-vallis terminos defixit cum Johanne Humolariensi abbate. Sedeat adhuc anno 1339.

XXIX. Radulph circiter annum 1341 salutatus abbas, Infulæ suburbijque jura Parlamenti Parisiensis auctoritate vindicavit adversus Quintinianos regis ministros. Pepigit hoc eodem anno cum Hervæo abbate S. Præfclii. Anno 1344 Gerardo militi piscationis jus & aquas omnes Regniaci dimisit sub annuo censu octo librarum & clientelari professione. Anno 1353 pepigit cum abbate Ribodi-montis de Franci-mansi domibus & terris apud Villare-secum, quas decimarum loco duobus deinceps frumenti modis & semini modio avenæ obnoxias fore decreverunt. Anno 1357 mensuras ejusdem loci fallaces & mendosas a Quintiniano judice comprehendit, tum ab ejus loci iudicibus probari & emendari curavit. Occurrere adhuc dicitur anno 1365.

XX. Florentius, anno 1366 sacrarum reliquiarum thecas aperiri studuit; cum Præfclinis graves de limitibus controversias tulit, multatus ipse ob captam per vim illorum cymbam. Obiit anno 1370.

XXI. Petrus II, ante annum 1371 Florentio subrogatus est, quo anno delatus ad Parlamentum quæresis novis, abbas Præmonstrati, qui arbiter litis a Parlamento dictus Florentium damnaverat restituendo cymbæ, præter 50 librarum multam, limites fixit circa Præfclentium hortum, pratium, & terras arabiles, jurisdictionem eorum definituros; irrogatus vero utrinque quantumlibet graves injurias remitti & condonari voluit. Anno 1372 Petrus composuit cum abbate S. Vincentii Laudanensis pro Villari-secco; deinde cum majore & scabinis Quintinopolitanis, quo cœnum & cespites ex aquis non educeret mensibus Martio, Aprili & Maio, quibus pisces præconcepta ova effundunt: ne etiam reliquo tempore citra monasterii præpositi licentiam id tentaretur: deinde ut major, aut ejus vices gerens, quum publicis interesset supplicationibus, abbatem honoris gratia invitaret; quum ad cœnobium accederet optimatibus ibi degentibus oblaturus munuscula, citra præjudicium abbatiæ juris apparitore urbano virgam præferente uteretur; denique ne lapides ex sancti Lazari lapidicina contra nutum abbatis, quamvis ad munitionem urbis aut domus Lazariæ reflationem, possent extrahere. An. 1380 quædam jura apud Villare-secum adversus Johannam abbatissam Origniæ obtinuit. An. 1384 monasterii census omnes regi descriptos obtulit.

XXII. Johannes le Clerc, anno 1390 silvam Aurez-vallis commensurari, & coram Roberto de Harvillaco Hamelli toparcha limitibus distinguere curavit. Paulo post peregrini quosdam in suburbio defuncti corpus & facultates adversus regii juris cognitorem & urbis majorem, judicio Thonæ Ravenier prætoris regii sibi vindicavit, corpusque christiana sepultura donavit. Anno 1403 acquisivit prædium dictum *la Biette*, seu

potius *l'Abbiete*, id est *l'Abbayette*, latine *Abbatiam*; illudque numerata anno 1407 pecunia, a canonicis S. Quintini & a Johanna de Ambasia comitissa Domni-Martini ac Nigelle domina, superioribus dominis, caduci jure solum absolvi. Quo anno obiit incomperatus; sed an. 1427 monachi eligendi abbatis licentiam ab rege petiere ex thesauro chartarum regiarum.

XXIII. Nicolaus de la Porte, memoratus in tabulis anno 1431, obiit iv nonas Novembris anno 1438.

XXIV. Johannes de Vadencourt, anno 1453 grassantis pestis diuturna periculosissimaque sensit incommoda, nec minorâ tulit ex intestinis ac dirrissimis Burgundionum infestationibus. Quum enim circiter annum 1470 comes stabuli Burgundicis addictus partibus Quintinopolim occupasset, ad de recuperanda ditione vehementer fatigaret Ludovicus XI rex, dici vix potest quot & quantis calamitatibus cives, monachi præsertim extra urbem positi, subjacerint. Has inter clades deficit Johannes abbas anno 1471.

XXV. Johannes de Bailluel, doctor theologus, vix annum unum complevit, extinctus anno 1472.

XXVI. Johannes de Buri, anno 1478 translationi corporis sanctæ Hune Gundis in majorem S. Quintini ecclesiam cum episcopo Noviomentis viciniquæ abbatibus præfens fuit. Anno 1490 cum majore urbis pactus est de *soffato* Pontolii; majorem adificiorum partem restituit; soluturus in Palestinam ex voto Borbonium ducem urbis gubernatorem convivio exceptit anno 1492; tum abbatiæ cura monachis regiquæ ministris demandata profectus est ipso die Paschatis x calend. Maii. At in ipso Monte Sion itineris labore confectus, animam exhalavit iv calend. Septembris ejusdem anni. Corpus aromatisbus conditum nepos ejus atque itineris comes Ægidius le Clerc, Infulæ monachus, revexit in Gallias; sed Belnæ vehementi morbo interceptus, vix ad suos pervenit, extinctus & ipse v calend. Maii sequentis. Justus abbatî persolutus v cal. Aprilis, aperta est theca quam ille Simoni Alardo majoris ecclesiæ canonico servandam crediderat, in qua reperitè duntaxat 212 libræ cum solidis duobus, denariis decem, & 480 librarum chirographis ipsi debitiss.

XXVII. Petrus d' Aubouffon, summus Rhodensium equitum magister, cardinalis & apostolicus in Asiam legatus, Infulanam mox abbatiam nescio quo jure vel pacto capefivit.

XXVIII. Carolus de Blanchefort, episcopus Silvanectensis, obiit iv calend. Septembris. anno 1515; sed antequam ex hac vita migraret abbatiam quam tenebat in commendam dimisit monachis.

XXIX. Johannes de Verh, loci monachus, electus more solito anno 1515 a fratibus in capitulo congregatis, operam jubente summo pontificè navavit anno 1529 cum Humolariensi Vermandensique abbatibus, extinguendis tribus majoris ecclesiæ præbendis, & fabricæ addicendis. Comparavit domum apud Alani-curtem, quæ pestis contagia devitantibus refugio esset.

Hospitium in urbe, ubi nunc monasterii sedes, A Praejecti dictum est. Ita recentiores pluri, qui fundationem abbatie illius Alberto comiti acceptam referri volunt. Sed nos supra in veteribus diocesis hujus monasteriis, ubi de S. Quintino, ostendimus primordia coenobii hujus Fulrado abbati esse tribuenda sub Carolo Magno; unde Albertus non conditor sed reparator dicendus est. Novis ille anno 986 donationibus domum amplificavit, nempe - una ecclesia apud Hoistrum, manso dominicato cum aliis septem mansis & dimidio, & toto districtu mansi indomincati, ea conditione ut homines in illo districtu manentes tribus vicibus quotannis ad abbatem placita <sup>Henrici</sup> <sup>suprem.</sup> <sup>p. ja.</sup>

XXX. Johannes de Bours, sedis apostolice protonotarius, decanusque ecclesie Quintinopolitane, abdicata in gratiam sequentis dignitate abbatiali, & reservata sibi annua 500 libr. pensione, factus est anno 1564 episcopus Laudunensis.

XXXI. Franciscus de Luxembourg, abbatiam dimisit anno 1578 uxorem ducturus.

XXXII. Aloisius d'Est, cardinalis, abbatiam adeptus anno 1578, mense Junio, Radulfum le Blond, monachum, de quo in praefatione, vicarium generalem constituit. Hic novam in urbe ecclesiam fluxit monachis, Luxemburgicis principis sumibus, qui extincto cardinali an. 1586, abbatie redditibus rursus potius est licet uxoratus, ad annum usque 1594.

5 Adrianus le Fèvre de Caumartin, brevi regio instructus anno 1594, possessionem inivit majoris consilii decreto. Sed anno 1598 quum nondum bullas impetrasset, Ludovicus frater ejus abbatiam quasi vacantem ab rege impetravit in gratiam Ludovici filii sui, eoque nomine per biennium ea potius est in annum 1600, quo adolescens ille annos quindecim natus pontificias literas obtinuit.

XXXIII. Ludovicus le Fèvre de Caumartin, de quo dicebamus modo, abbatiam tenuit in annum 1614, quo volente patre, regionum tunc sigillorum custode, eam in Francicum fratrem transtulit.

XXXIV. Franciscus le Fèvre de Caumartin, superioris germanus, & canonicus Quintinopolitanus, obiit anno 1652 Ambianensis episcopus.

XXXV. Henricus le Fèvre de Caumartin de S. Port, superioris ex fratre nepos, & canonicus ecclesie Parisiensis, abbatiam adeptus est ex patris resignatione, ea tamen conditione, ut septies mille libras duobus fratribus suis quotannis pensitaret. Obiit Luteciae Parisiorum anno 1693, mense Januarii.

XXXVI. Johannes-Paulus Bignon, filius Hieronymi Bignoni, consilarii in Parlamento Parisiensis, doctor Sorbonicus, decanus S. Germani Autissiodorensis apud Parisios, bibliothecae regiae omniumque academiaram ad rempublicam literariam pertinentium praefectus, abbatiam capessivit anno 1693. Obiit decanus comitum consistorianorum, apud Insulam-Bellam prope Meulantum, pridie idus Martii anno 1743, octogenario major.

XXXVII. . . . de Boukainvillers, praecentor ecclesie Viridunensis, nominatus est anno 1743, mense Junio exeunte.

#### S. PRÆJECTUS.

Quae sub abbate Fulrado translatae fuerant in majorem Quintinopolis ecclesiam sancti Praejecti martyris & episcopi Arvernorum reliquae, eadem postea depositae sunt in monasterio quod fundabat ad muros ejusdem urbis Albertus I comes Veromanducensis; unde monasterium sancti

Henrici dictum est. Ita recentiores pluri, qui fundationem abbatie illius Alberto comiti acceptam referri volunt. Sed nos supra in veteribus diocesis hujus monasteriis, ubi de S. Quintino, ostendimus primordia coenobii hujus Fulrado abbati esse tribuenda sub Carolo Magno; unde Albertus non conditor sed reparator dicendus est. Novis ille anno 986 donationibus domum amplificavit, nempe - una ecclesia apud Hoistrum, manso dominicato cum aliis septem mansis & dimidio, & toto districtu mansi indomincati, ea conditione ut homines in illo districtu manentes tribus vicibus quotannis ad abbatem placita <sup>Henrici</sup> <sup>suprem.</sup> <sup>p. ja.</sup> <sup>B</sup> <sup>veniant, & passum solvant abbati, & tribus monachis panem, & vinum, & ova, & caseos; & ex laicis qui cum abbate fuerint, similiter panem, vinum, carnem, & equis abbas sufficienter pabulum avenae. Qui vero mansum indomincatum tenuerit, solvat ad passum porcum duorum solidorum, & unum sextarium avenae: ceteri vero mansionarii & hospites ipsius villae, secundum quod major disposuerit. Vehiculum quoque ad vinum & ligna persolvant, & opera vineae exercent. Unde colligitur abbatem, etiam mediocrium monasteriorum, placita tunc habuisse, & abstinentiam a carnibus viguisse in Praejectino. Accessere C postea plurimae aliae donationes, tam praesulum quam nobilium, quas literis suis confirmarunt summi pontifices, archiepiscopique Remenses, qui & viriliter in eorum invasores identidem insurrexere. Anno 1475, quum Ludovicus XI rex Quintinopolim propugnaculis vallaret, monasterium illud in urbem translatum est, si Hemeræo pag. 325, & Sammarthani fides. Sed falsi sunt illi. Translatio illa non contigit ante annum 1557, quo ab Hispanis concilium est vastatione ingenti universum Quintinopolis territorium.</sup>

#### ELENCHUS ABBATUM.

I omnes ab anno circiter 800 ad annum circiter 1040 plane incogniti.

I. Garinus I, seu Varinus, ex Hemeræo pag. 100, sedebat anno 1040 in monasteriolum quoddam, *Casa-Dci* nomine, munificus.

II. Gerardus I, Hemeræus incognitus, subscripsit duobus instrumentis annorum 1043 & 1045.

III. Rainerius I, praeterat anno 1047.

5 Translationi sanctae Hune Gundis an. 1051 celebratae adfuit Rainerius S. Praejecti vicarius, id est pro-abbas, ut interpretatur Mabillio Annal. Bened. tom. 3. pag. 528. Idemne ac Rainerius qui abbatiam abdicaverit, an forte alter?

IV. Waldatus, seu Waldricus, obtinuit anno 1067 ab Helinando episcopo Laudunensi, altare in villa Soneriaci; & anno 1076 privilegium ab Herberto IV comite Veromanducensi, quod

leges toni. 12. Spicil. pag. 156.

5 Hemeræus Ricardum nescio quem intrudit anno 1070; fed hic & alibi lapsus allucinatns est Hemeræus.

V. Hubertus, cui anno 1085 Emma Cameracensis quaedam in honorem S. Praejecti contulit.

VI. Nanterus, sub quo Robertus major de

*Rudolphi* iniquis in ecclesiam Praejectinam facta A dedit altare seu cantuarium Saincituris. expiavit publice anno 1092.

VII. Guarimbaldus, florebat circiter annum 1104, quo Godefridus Anselmi de Ribodimonte filius, multa contulit monachis Praejectinis. Vivebat adhuc anno 1120.

VIII. Alberus, Hemezo incognitus, occurrit anno 1122 in tabulario S. Quintini de Insula.

IX. Rainerus II, accepit anno 1123 à Guidone de Guiffa, molendinum super ripam Somenae.

X. Heribertus, sefebat ex Hemezo anno 1130; occurrit in instrumentis anno 1133.

XI. Warinus II, seu Garinus, sefebat anno 1138. Licentiam fecit anno 1140 sanctimonialibus Fervaenqibus, ut sacellum construerent in fundo S. Praejecti. Hujus elogium nobis reliquit Bartholomaeus Laudunensis episcopus, in charta quadam anni 1142, cujus haec sunt verba: *Abbatia S. Praejecti tribulatione & angustia miserabiliter attrita, longo squalore tristitia emarcuit, & pravorum hominum infestatione libertate amissa in desolationem penè redacta fuit. Sed tandem explicita tribulationis suae miseria, ne sanctitas periret, visitavit eam Deus, temporibus nostris per quemdam vere religionis virum nomine Warinum, qui divina providente clementia, pater in ea constitutus est. Si quidem praedictus pater infortunio monasterii sui non meliusriter condoleo, zelo divina legis accensus, casus ipsius relevavit, ac bona quae malefese ac per injuriam subtrahata fuerant, rationabili caritate ad usum & profectum statuit, &c.*

XII. Hugo I, sub quo anno 1144 filius Roberti Saincituris incendium a se impie patratum, quo destructa fuerat ecclesia S. Cassiani in Saincure, Praejectinae jurisdictionis, ignominiosa multa emendavit in capitulo S. Praejecti. Recepit anno 1145 quosdam donationes Godefridi de Guiffa. Berchardus etiam de Guiffa circiter idem tempus remisit monasterio sancti Praejecti tri- D ginta modios frumenti capiendos in molendino de Hoitro.

XIII. Warinus, seu Guarinus III, Hemezo incognitus, nonnulla accepit anno 1145 à Godefrido abbate Salviniaci; occurrit adhuc anno 1146 in chartis Humolariensibus.

XIV. Rainaldus I, occurrit anno 1148 in chartis Humolariensibus, anno 1157 in tabulario ecclesiae Noviomenfis, & anno 1158 in chartis domesticiis.

XV. Hugo II, reperitur annis 1164 & 1166. Hujus nulla mentio apud Hemezum.

XVI. Ricardus, quem similiter silet Heme- E razus, transiit anno 1170 cum Gilleberto abbate Montis S. Martini, de dividendis quibusdam terris in Flandria positis.

XVII. Evardus, praerat anno 1171. Huic anno 1177 Ivo comes Sueffionensis & dominus Nigellensis dedit vinagium septies viginti ter modiorum vini apud *Parigni*; anno autem 1181 Hugo abbas sancti Vincentii quiddam possidebat apud *Semills*.

XVIII. Gerardus II, occurrit anno 1182.

XIX. Gontherus, sefebat annis 1192 & 1194. Huic Stephanus Noviomenfis episcopus

XX. Walterus I, de quo necrologium sancti Vincentii Laudunensis ad x cal. Februarii, hic forte collocandus est.

XXI. Rainaldus II, anno 1206 una cum duobus canonicis sancti Quintini arbiter electus, quosdam controversias diremit. Anno 1210 Ingerannus III toparcha Codiciacensis, contra Albigenes accinctus, elemosynam decem carucarum vini, quam Radulfus pater ejus conferat, in viginti bigatas vini commutavit. Anno 1213, *Otho de la Vergie* feodum quinque modiorum vini obtulit super altare sancti Praejecti per ramum & cepitem, praesentibus abbate & monachis, sefebatque adhuc anno 1220. Addunt Sammarthani Rainaldum illum occurrere adhuc anno 1255 in epistola episcopi Ambianensis; qua in re erraverunt graviter.

XXII. L. . . . Hemezo incognitus, transiit anno 1232, mense Aprili, cum fratribus & fororibus xenodochii Bellarum-portarum, ordinis SS. Trinitatis, apud Quintinopolim, ex authentico instrumento monasterii Cervi-frigidii.

5 Anno 1232 monachi S. Praejecti veniam petunt a rege eligendi abbat in locum ejus qui nuperime cesserat in manibus episcopi Noviomenfis, ex thesauro chartarum regiarum.

XXIII. Rainaldus III, missus est in possessionem mense Martio anni 1240, id est 1241, ab Egiddio domino Fontis-fornae, & senescallo Veromanduenfi. Sedebat adhuc anno 1274.

XXIV. Johannes I, nepos Guidonis I episcopi Noviomenfis, occurrit in instrumentis anno 1282, mense Maio, & anno 1298.

XXV. Johannes II, quem sedisse, ait Heme- razus, anno 1306.

XXVI. P. . . . omiffus ab Hemezo, occurrit an. 1323 in charta episcopi Noviomenfis.

XXVII. Johannes III, Hemezo ignotus, D sefebat anno 1328 ex tabulario sancti Quintini in Insula.

XXVIII. Hervarus, aliis Hermannus, praerat anno 1336 ex Hemezo. Occurrit adhuc anno 1341 in chartis S. Quintini de Insula.

XXIX. Petrus *Resc*, occurrit annis 1367 & 1374.

XXX. Johannes de *Villette*, praerat anno 1410 ex Hemezo.

XXXI. Adamus *Paille*, sefebat anno 1420 ex eodem. Anno 1448 gravem habuit discordiam cum suis monachis, de eorum vicu & vestitu. Obiit cal. Novembr. ex necrologio sancti Vincentii Laudunensis.

XXXII. Johannes de *Champenois*, sefebat anno 1457 ex Hemezo.

XXXIII. Gualterus II, inter quem & majorem juratoque S. Quintini, anno 1475, lis mota est de jurisdictione in districtum & vicum Pontoniarum, pro limitibus conscribendis ac definiendis.

XXXIV. Johannes VI, omiffus ab Hemezo, adfuit an. 1478 translationi sanctae Huneigendis ab episcopo Noviomenfi celebratae. Occurrit in ipsis S. Praejecti chartis Johannes *Flaquez* abbas an. 1493, qui multa monasterii praedia locavit in emphyteosim, sefebatque adhuc an. 1497. Nec

forte ab eo distinguendus qui sedebat an. 1478. A

XXXV. Nicolaus *de Grolly*, ignotus Hemerzo, ex cellerario Corbeie factus est abbas sancti Praejecti anno 1511.

XXXVI. Abrahamus I, praerat anno 1514 ex Hemerzo.

XXXVII. Johannes *de Halluin*, primus commendatarius, Francisci episcopi Ambianensis ex fratre nepos, & ecclesiae majoris Quintinopolitanae decanus, praerat annis 1518 & 1520.

XXXVIII. Abrahamus *Robart*, abbas regularis, sedebat anno 1522. Vereor ne idem sit atque Abrahamus I, qui de abbacia cum Johanne *Halluin* contenderit, causamque tandem vicerit. B

XXXIX. Claudius *le Bocquillon*, regularium ultimus, obiit antequam ab Hispanis urbs & cenobium diriperentur, & in antiqua S. Praejecti ecclesia sepultus est; sed ossa ejus postea in urbem translata, sepulta sunt in abbacie restructae ecclesiola.

XL. Jacobus *de la Motte*, dominus *de Beau regard*, canonicus ecclesiae Quintinopolitanae, B. M. Parisiensis, Cenomanensis & Carnotensis, cubicularius regum quinque Francisci I, Henrici II, Francisci II, Caroli IX, & Henrici III, fundavit collegium Cardemanicum in dicecesi Cenomanensi, & unam bursam in Academia C

Parisiensi pro monacho sancti Praejecti studiis liberalibus per sex annos erudiendo; aedificavit ecclesiam novam S. Praejecti, claustrum, dormitorium, horrea, aliaque aedificia. Natus anno 1516, obiit anno 1599; cor vero ejus ad suos Praejectinos delatum, sepultum est cum epitaphio in marmore aureis literis exarato.

XLI. Jacobus *Brisard*.

XLII. Julianus *Brisard*, patrum excepit anno 1651.

XLIII. Carolus *Brisard*, Juliani frater, praerat anno 1658.

XLIV. . . . *Brisard*, nominatus est anno D 1716 ineunte.

XLV. . . . *le Riche*, nominatus anno 1746.

### MONS S. QUINTINI,

*seu S. QUINTINUS DE MONTE.*

LE MONT  
SAINT  
QUINTIN.

PASSIBUS vix mille ab urbe Perona surgit illustre S. Quintini de Monte cenobium, Boream versus, haud ita procul a Somena fluvio, ita dictum, quod in edito colle positum sit, unde facilis in subiectam urbem, campos circumjacentes, flumen, paludes, valles ac nemora prospectus late pateat.

Antiqua est Peronensium persuasio, fota partium studiis, Erchinoaldum, Dagoberti senioris Majorem-domus anno Dagoberti sexto decimo, postquam S. Petri canonicorum, nunc S. Fursei Peronensis ecclesiam absolvisset, Quintiniano cenobio manus admovisse, cui etiam Ultanum abbatem Fursei germanum praefecerit. Id fulciunt unis Adalberti Veromanduorum comitis literis, in quibus monasterium sancti Quintini ab Erchinoaldo conditum & dotatum, atque Ultano abbati Scoto commissum legitur. Sed literas illas, quas Mabilio noster *Annal. Bened. tom. 3. pag. 719, & Sammarthani vulgaverunt*, nos vero recudi

curavimus in appendice hujus voluminis, suppositas esse nemo non videt. Enimvero Erchinoaldus nonnisi post mortem Aigei Dagoberto superstitis factus est non *Praefectus*, sed *Majordomus* sub Clodoveo II. Deinde sanctus Eligius nonnisi sub eodem Clodoveo II factus est episcopus. Quid porro genuinum sonant haec verba: *Ultanus quidam natione Scotus, professione monachus!* Cetera perstringere nil juvat. Ad subscriptiones venio. Cur nulla Herfensium commisit, quam veluti conditricem nostri merito suspiciunt, mentio aut subscriptio? *ho* ibidem recentius, inferioris est aetatis. Numquid post alios omnes Liudulfus antistes subscripsisset in curia S. Quintini? Denique charta praeter usum mediæ seculi decimi, quo vivebat Adalbertus comes, sine teste & consule, hoc est absque regis, Incarnationis Dominicae, & indictionis nota profuerit. Certe consuetum videtur instrumentum post Gregorii VI papæ diploma Waleranno abbati concessum, in quo monasterii possessiones enumerantur eodem sane modo quo in Adalbertinis illis literis, sed nulla Ultani abbas, nulla similiter Erchinoaldi, seu vetustæ quam obtrudunt conditionis facta mentio.

Chart. II.  
col. 319.

Chart. VI.  
col. 563.

At, inquires, Erchinoaldus monasterium posuit in urbe Perona; monasterio autem illi abbatem praefecit Ultanum fratrem sancti Fursei. Id sane constare ex ipsius sancti Fursei vita ultra fatemur, imo & contendimus; sed monasterium illud non distinguendum est ab ipsa S. Fursei Peronensis, olim S. Petri, ecclesia. Ibi enim ex *Annalibus Metensibus* apud Chesnium tom. 2. pag. 483, positum erat sancti Ultani cenobium, ubi anno 687 quiescebat corpus S. Fursei; quiescit autem ab omni hominum memoria non in S. Quintini de Monte, sed in ipsa S. Fursei basilica. Leges notam hac de re fusorem in *Historia Pleisai nostri Codiciacensi*, pag. 87 & seqq.

Fundatorem igitur agnoscere debet monasterium S. Quintini de Monte non Erchinoaldum majorem domus regiae, sed ipsum forte Albertum comitem Veromanduorum, nisi mavis Eilbertum comitem alium, Walciodori, sancti Michaelis in Teoracia, Humolarium denique & aliorum monasteriorum parentem. Eilbertum illum, ait Mabilio *Act. SS. Bened. tom. 7. pagg. 548, 589 & 596*, fratrem fuisse Herberti comitis Veromanduorum, illius nempe qui genuit Hugonem archiepiscopum Remensem, maximasque in regno turbas concivit, unde intelligit Herbertum II. Porro Herbertus II ortum ducebat a E

Carolo-Magno, ex hoc stemmate:

Carolus-Magnus.

Pipinus, rex Italiae.

Bernardus, rex Italiae.

Pipinus II, toparcha Perona.

Herbertus I, toparcha Perona & Quintinopolis.

Herbertus II, comes Veromanduorum.

Contra



Contra vero chronicon Valciodorensē parvitas A  
Eilberti describit in hunc modum, Spicil. tom. 7.  
pagg. 513 & 514.

Aimericus Narbonensis, uxorem duxit  
Ermenegardam comitissam, sororem  
Bonifacii principis Papie.

Warinus, de Asclovia.

Boso, cognomento Sine-barba.

Ebroinus, uxorem duxit Bertam,  
filiam comitis Widerici & Evæ.

Eilbertus, comes, uxorem duxit  
Herfendam, deinde alium, obitque  
nulla post se relicta prole legitima.

Eccc quam dissimilia sunt ambo stemmata.  
Unde vero haulerit suum auctor chronici igno-  
rare fe fatetur Mabilio ibid. pag. 602, & Annal.  
Bened. tom. 3. pag. 473, sed nonnulla huc ob-  
servare operæ pretium est.

I. Ex auctore chronici ibid. Ebroinus septem  
filios suscepit: 1º Eilbertum natu majorem; 2º  
Odonem de Roix; 3º Herbertum comitem sancti C  
Quintini; 4º Gerardum comitem Aldenarde;  
5º Bosonem comitem; 6º Witerum comitem;  
7º Marquardum episcopum. Herbertus vero Ve-  
romandorum comes, hujus nominis secundus,  
nullam habuisse fratrem agnoscitur.

II. Ex eodem chronico ibid. pag. 518, Her-  
bertus comes sancti Quintini quatuor procreavit  
filios, quos Eilberto moriens educandos commisit.  
At Herberti II quinque numerantur filii.

III. Herbertus tamen ille, frater Eilberti,  
Carolus-Simplicem regem incarceravit Perone  
ex eodem chronico pag. 517; quod apprime  
quadrat Herberto II Veromandorum comiti.

Numquid ergo, ut pronunciat Mabilio Annal.  
tom. 3. pag. 473. Eilbertum comitem & Al-  
bertum I comitem Veromandorum fratrem natu  
majorem Herberti III promiscue habuit auctor  
chronici illius? Sed ipse Mabilio supra censet,  
Herbertum comitem S. Quintini, de quo chro-  
nicon, non alium esse ab Herberto patre Hugonis  
archiepiscopi Remensis, Carolique Simplicis car-  
cerario: unde dicendus foret chronographus Her-  
bertum comitem sancti Quintini modo ab Her-  
berto II, modo ab Herberto III non distinxisse.  
Mabilio autem qui genealogia chronici unde  
desumpta sit nescire se profiteretur, undenam de-  
sumsit ipse, aut Herberto II fuisse fratrem nomine  
Eilbertum, aut Alberti I conjugem appellatam  
fuisse Herfendam; alteram, antequam nuberet Al-  
berto, peperisse Godefridum & Arnulfum; ipsū  
denique nullos ex utraque suscepisse liberos; Ber-  
nerum tamen ex illegitimo thoro procreasse? Hæc  
enim omnia, quam ex chronico cadant in Eil-  
bertum, rejicere debet Mabilio in Albertum I.

Illud tamen constat, neque ipse doctissimus  
Annalista distiteri ausus est, Eilbertum comitem  
nupisse Herfendi; utriusque vero Valciodorum,

Tomus IX.

Humularias, aliaque monasteria suos natales de-  
berc. Atqui Eilbertus ille neque Herberti II,  
neque Herberti III frater fuit; non equidem Her-  
berti II, qui nullos fratres habuit; non Herberti  
III, cujus nullus frater uxorem duxit nomine  
Herfendam; cujus præterea frater Albertus in uno  
eodemque instrumento anni 948, quod Mabilio  
transcriptit Acl. SS. Bened. tom. 2. pag. 1025,  
una cum Eilberto & Herfende, suo quique distinguit  
nomine memoratur. Fuit igitur Eilbertus comes  
longe alius ab Alberto comite Veromandorum;  
Fuit etiam e stirpe longe alia oriundus: in stirpe  
autem illa chronicon Valciodori erraverit necne  
B definire quum nostri non sit instituti, in medio  
relinquimus. Sed aliud in appendice hujus volu-  
minis instrumentum proferimus anni 968, ex  
tabulario Humulariensis desumptum, unde neces-  
sario colligas, non solum distinguendum esse Eil-  
bertum ab Alberto, verum etiam Eilberto alium  
a Bernero fuisse filium, nomine Lambertum.

Nunc quid causa sit quomobrem Eilberto po-  
tius quam Alberto fundatio S. Quintini de Monte  
tribui posse videatur, nos suadet ipsa Herfendis  
Eilberti conjux. Illam enim ut fundatricem suam  
agnoscit veneranturque ab omni ævo Quinti-  
niani Peronenfis; illam summo cum honore in  
commentariis suis prædicant; illam denique in  
sestis ecclesie sue repræsentant cum Erchi-  
noaldo Majore domus regie, fabula quidem hæc  
in re decepti, sed fabula tamen deprehendentes  
nihil in ipso piissime matrone tanquam funda-  
tricitis nomine. Albertus Veromandorum comes  
fundationem laudaverit, confirmaverit, amplifi-  
caverit, licet per scriptores & monumenta histo-  
rica: Herfendis tamen, maritumque ejus Eilbertus  
primigenie fundacionis laudem jure ac merito  
sibi videtur acquisivisse medio circiter aut jam  
adulto decimo seculo.

Sanctissime Trinitatis nomini, martyrique  
D Quintino dicata fuit monasterii basilica, quam  
Eilbertus comes primarius crexit, adjunctis duobus  
oratoriis, quorum alterum S. Thomæ apos-  
tolo, alterum B. Egidio abbati nuncupatum est.  
Quum vero dormitorii constructioni offerret  
aces illa, solo æquate sunt ab Adelaïde comi-  
tissa Peronenfi, quæ majorem quoque inflaturam  
basilicam a Baldrico episcopo Noviomensi sacrari  
curavit anno 1106. Ambobus his oratoriis suc-  
cessit insigne B. Mariæ sacellum, quod ejusdem  
intermeratæ Matris Conceptionis Walterus abbas  
anno 1218 dicavit, & subinde Romani ponti-  
fices indulgentiarum privilegii decoraverunt. Ma-  
joris quoque basilicæ novam & elegantiorē  
E fabricam ab abbate Simone de Valdivort incæptam  
anno circiter 1250, sed nunquam absolutam  
Petrus episcopus Atribatenfis sacravit anno 1262  
in vigiliis sancti Marci. Denique 1111 idus Junii  
anno 1629, Henricus de Baradac episcopus No-  
vionienfis altari majori consecrationis munus im-  
pendit. At basilicam hanc præ senio deliscentem  
collabentemque renovant nunc monachi a funda-  
mentis.

In ea interim aservant maxima cum venera-  
tionē tabulam pretiosissimam, quam dono accepit

A a a a

Chart. 4  
col. 139.

se credunt anno 1207 ab Hugone comite de Beaumés, cui data fuerat a Balduino I imperatore Constantinopolitano, consanguineo suo; asserit tamen Cangius Dissert. 26. in Hist. S. Ludovici pag. 314., datam esse monasterio a Nivelone de Cerfi episcopo Suesionensi: quæ duæ sententiæ facile conciliari possunt. Fabricata est illa græcico opere in modum tabularum illarum quæ veteres libros contegunt, ex argento inaurato, variis Angelorum Sanctorumque imaginibus distincto; præsertim vero crucibus quinque Lotharingis argenteis, quarum maxima quatuordecim pollices altitudinis, semipollicem latitudinis amplectitur. Erant in singulis totidem Dominicæ crucis fragmenta, quorum quatuor minora Ambianensi, Suesionensi, & aliis olim dispersita sunt ecclesiis; sed restat majus in majori cruce inclusum, crassitudine semipollicis, crystalloque mobili cooperatum. Erant & aliæ eadem in theca reliquæ, ut præferunt sequentes epigraphæ:

1. ΕΕΧΗΚΑ ΧΡΙΣΤΟΥ ΣΠΑΡΤΑΝΩΝ ΜΙΚΡΟΝ ΜΕΡΟΣ.
2. ΗΑΒΩ ΕΓΩ ΔΕ ΤΩΝ ΣΕΒΑΤΩΝ ΤΙ ΤΥΦΟΣ.
3. ΖΩΗΝ ΚΑΤΩ ΤΟ ΒΑΥΣΙΑΝ ΑΙΜΑ ΤΩ ΚΟΣΜΩ.
4. ΣΤΕΦΟΥΣ ΑΚΑΝΘΩΝΟΥ ΔΕ ΚΑΤΩ ΤΜΗΜΑ ΤΙ.
5. ΤΙΜΙΟΣ ΑΙΘΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΚΡΑΝΙΟΥ.
6. ΑΙΘΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΤΑΦΟΥ.
7. ΕΚ ΤΗΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΦΑΤΝΗΣ.
8. ΟΙ ΤΩΝΔΕ ΠΡΟΕΚΚΥΝΟΥΝΤΕΣ ΕΥΣΕΒΕΙ ΝΩ, ΚΑΙ ΤΩ ΔΟΥΡΘΕΡΟΝΤΕΣ ΥΜΝΩΝ ΕΥΜΕΝΗ, ΕΥΧΕΣΘΕ ΚΑΜΟΙ ΤΩ ΜΟΝΑΧΩ ΤΙΜΟΘΕΩ, ΟΠΩΣ ΓΕΝΗΤΑΙ ΜΟΙ ΒΟΗΘΟΣ, ΚΑΙ ΑΙΜΗΝ, ΠΥΣΤΗΣ ΤΙ ΤΩΝ ΠΟΛΛΩΝ ΤΑΧΕΙ ΜΟΥ ΠΤΑΙΣΜΑΤΩΝ.

Id est:

1. *Habeo Christi canabulorum partem exiguam.*
2. *Ego vero clavorum venerandorum fragmentum quoddam.*
3. *Ego autem sanguinem qui mundo vitam profudit.*
4. *Ego coronæ spinæ segmentum.*
5. *Preiosus lapis ex cubaria.*
6. *Lapis ex sepulcro.*
7. *Ex Christi præsepio.*
8. *Qui hunc adoratis pia mente,  
Et verbo desertis hymnum benevolum,  
Orate pro me monacho Timotheo,  
Ut sit mihi adjutor & portus,  
Et cito liberator a multis meis peccatis.*

Tot ac tantas a prima origine ad nostra usque tempora clades subiit cœnobium sancti Quintini de Monte, ut flare potuisse vix credibile videatur. Ac primo quidem si quid valeret eorum sententia, qui seculo septimo conditum volunt monasterium, diceretur paulo post ad eam desolationem pervenisse, ut inde ad medium seculum decimum nulla pene antiquæ habitationis apparerent vestigia. Sed nō fallā specie antiquitatis veritati fucum faciamus, vixdum Eilbertus conditor nullis ex Herfenside susceptis liberis vita cesserat, quem dispersis quatuordecim monachis, uno vel altero superstitē, bona monasterii in laicorum manus

devoluta, atque a Peronæ comitibus detenta sunt. Ii quippe usurpata monasterii commenda, monachorum bona suos in usus converterunt; unde illi prædiis spoliati loco cedere coacti sunt, ut *abbatiola* audierit celebre Eilberti Herfensidique monasterium, quoque Robertus comes Peronenfis non ablatas modo a decessoribus restituit possessiones, sed & novis monasterium auxit prædiis atque ædificiis; egitque sua apud Robertum Francorum regem gratia & auctoritate, ut cetera quæ plerique nobiles invaserant bona, ejusdem iterum ditioni tandem accederent.

Sic nova cœnobio forma studio piissimæ restauratoris indita, singularique præstantissimorum abbatum sulta præsidio, constitit, dum fortuito incendio domus tota conflagravit. Sed anno 1106 præsens attulit remedium Adalæis Peronæ comitissa, quæ propriis sumptibus construxit cum basilica majus dormitorium aliasque ædes. Iis tamen suprema manus ne imponeretur, obstitērunt atrocissima bella, quæ ad nostram ætatem prope continua fevierunt. Quippe Flandrensis in proprios comites perjuri regios exercitus illo devocarunt. Flandrensis Angli, tum Burgundiones Peronæ domini, postea Hispani sive exteris, sive intestinis conjuratorum Francorum motibus feroces, successerunt: quorum omnium impetus, cædes, ruinas, incendia, & quid non! periculi monasterium. Summum denique ipsi tam ab hæreticorum perduellione, quam a commendataris nonnullis & vicinorum impetigine provenit dispendium, & quid non! periculi monasterium. Summum denique ipsi tam ab hæreticorum perduellione, quam a commendataris nonnullis & vicinorum impetigine provenit dispendium, & quid non! periculi monasterium. Summum denique ipsi tam ab hæreticorum perduellione, quam a commendataris nonnullis & vicinorum impetigine provenit dispendium, & quid non! periculi monasterium.

Tot afflictatum cladibus, tantisque casibus vexatum, sub Claudio d'Argouges abbate piissimo, & congregationis sancti Mauri ab eodem anno 1621 accersitæ legibus, respirare quodammodo & restitote ceperat, quum ecce denuo Francos inierit & Hispanos non ita multo post sævientem bello, in situ iterum & squalore deserta jacuit hæc domus: imo non deserta, quia quæ locutionis erat, ab anno 1635 ad 1659, & iterum ab anno 1673 ad 1678, quædam quasi spelunca fuit, quo se suæque, fremente belli tumulu, villicæ rusticicque conjacentes receperunt, sed & a Lotharingis ceterisque militibus non semel tentata, excipiendis illis haud gratum, hospitium dicam an nosocomium (Deus bone quales hospites!) vel potius stabulum exhibuit: donec pace regno reddita, pristinum decorem induere, & tam singulari abbatis zelo quam impensis monachorum melior surgere visa sit. Etenim relatus quæ Peronam delatæ fuerant Sanctorum reliquias, celebratum est, quod per plures annos intermissum fuerat, in basilica majore divinum officium; cinctus cancellis ferreis, sectisque lapidibus stratus chorus; variis pretiosissimisque ornamentorum generibus decorata sacrissima, novis aucta vel potius innovata ædificiis domus; ædes abbas erectæ, horti consiti, constructa plebana ecclesia, auctus cœnobii ambitus, ceteraque præstita quæ in dies summum loco honorem conciliant.

## TABULA ABBATUM.

**U**LTRANUM abbatem monasterii sancti Petri, modo sancti Fursi, e Quintinianorum indice superius expunximus. Eadem esse debet ratio Ebertrami, monachi Sithiensis, quem Veromandis non Peronenibus S. Quintini monachis præfuisse constat. Omnium itaque primus fit.

I. Evrardus, qui condito per Eilbertum cenobio prepositus est ante annum 977; hoc enim circiter anno obiit Eilbertum animadvertimus tomo III. col. 571. Obiit Evrardi in necrolog. domestico consignatur 1x cal. Augusti his verbis: *Ob. domus abbas Evrardus, hujus congregationis primus.*

Ab Evrardo ad Valerannum I sic occuparunt Eilberti donationes ejus posteri vel heredes usque ad Robertum comitem Perone, monasterii parentem alterum, ut paucissimi absque ullo abbate locum incoheret monachi. *Baldinum* tamen interea nescio quem abbatem nominant vulgati indices, quem fingunt fuisse ex nobili comitum Flandriæ Namurcique prosapia. Dixissent forte consultius Eilberti ipsius consanguineum vel affinem, non abbatem tamen, sed abbatie redituum invalorem. Ut ut sit, non desunt qui abbatie regiæ celeberrimo Richardo Virdunensi his temporibus commissum esse affirmant; inter quos Hugo Flaviniacensis, quem videtur Mabillo sequutus esse *Annal. Bened.* tom. 4. pagg. 201 & 345.

II. Valerannus I, constitutus est abbas a Roberto comite, qui an. 1028 non tantum prædia monasterii per Robertum regem recuperari curavit, sed novis etiam aditibus amplificato cenobio, villas sive alodia libera plurima eodem anno & sequentibus concessit. Quæ omnia Henrici regis præcepto firmata sunt. Obiit comes ille munificentiissimus calendis Maii anno 1045, ex Hist. Plethæi Codiciacensi, not. 19, quinquentio post Valerannum abbatem, cujus obitus illigatur anno 1040, id est forte 1041.

III. Valerannus II, electus non. Februar. anno 1040, id est 1041, dictus *abbas illustis, egregius pater & strenuissimus rector*, mox ab invita dignitate decessoribus vestigiis iustissens, quem prudenti administratione multa bona monasterio peperisset, intervenientibus apud Henricum I regem Roberti instauratoris heredibus, eorundem ab apostolica sede confirmationem consequitur anno 1046. Triennio post, obtinuit a Balduino I episcopo Noviomensi ecclesiam sanctæ Radegundis. Anno 1052 interfuit translationi S. Hunegundis apud Humolarias. Postea Roman profectus, ibidem obiit cal. Decembris anno 1058, *apud Romanum monasterium*, inquit necrologus, *anno suæ prælationis XVIII sepultus.*

IV. Godefridus, frater Alberti comitis Namurcensis, atque Idæ Godefridi ac Balduini regum genitricis avunculus, electus exeunte anno 1058 aut ineunte 1059, Godefridum postea episcopum Ambianensem a teneris in monasterio suscepit, votique monasticis addixit. Idem præstitit erga nobilissimum virum Petrum Eremitam,

*Tonus IX.*

A qui profectus in Palestinam, indeque an. 1080 ad Urbanum II pontificem reverfus, multos nobiles ab subeundum Crucis vexillum induxit. Anno 1085 interfuit concilio Compendiensi. Anno 1090 definitivè coram Ratbodo episcopo Noviomensi litem quæ exorta erat inter illum & Odonem filium Roberti II domini Peronenfis. Anno 1095 villam Alaniam obtinuit a Roberto III Peronæ principe, & ab Adelaïde ejus conjugè, confirmante Ratbodo II episcopo Noviomensi, *coram altari basilicæ Montis S. Quinini, principatus Roberti uxorisque suæ anno quinquagesimo*; & anno 1098 altare de *Bus* a Manasse episcopo Cameracensi. Godefridus sanctitate morum & singulari doctrinæ studio conspicuus, religionis, pietatis, literarum amorem suorum animis infundavit. Obiit vii cal. Martii ejusdem anni 1098, id est 1099.

V. Henricus, Henrici nobilissimi viri ac Gerbergæ matronæ filius, jam ab anno 1101 *vir magne in Christo reverentie* dicitur a scriptore coætaneo miraculorum sancti Marculfi; cujus reliquæ quam Peronam delatæ essent, eo cum suis Henricus *nudis pedibus cum obsecratione Letaniæ accedens*, sanationum testis oculus fuit. Inlittumata a decessore regularis disciplina promovit observantiam; bonorum monasterii deprædatores acriter insectatus est; eorundem vindices literas a summis pontificibus, ab episcopis, ab regibus obtinuit, quibus eorum consilium est immunitatis. Sic anno 1102 Baldricus episcopus Noviomensis ei septem altaria confirmavit, *videns*, inquit, *honestam monachorum vitam & Deo dignam conversationem*. Anno sequenti, Adela Veromandunorum comitissa, volentibus Radulfo & Henrico filiis, Roberti comitis Peronæ & Adelaïdis uxoris donationem Alanie factam roboravit. Triennio post, 1x cal. Octobr. idem Baldricus, sociantibus se Godefrido Ambianensi & Johanne Tarvanensi episcopis, basilicam Adelaïdis sumbitus completam sacravit: quo etiam tempore nobilissimam matrona sacellis duobus loco motis dormitorum novum edificavit. Mox lvo miles ex gente Peronenfium dominorum, Clariaci cælo prædio monasticis ibidem se votis obstrinxit. Paulo post Godefridus Ambianensis has ad Baldricum Noviomensem literas scripsit: *Quoniam in hoc diocesi perantiqua sunt fundationes, & jam incuria hominum diruta pleraque claustra; ut ea oblivioni perpetua non tradantur, sed piorum locorum recordatio sublevet fidelium animos ad præparationem cultus divini... precor omnine in Domino, ut te labori pio accingens, aut potius in eo labore perseverans, nostra diocesis suas exscriptor & scriptor, sicut in ecclesiis Cameracensi & Morinensi fuisse calamus scribe veloxiter scribens... Scripti ad sanctum Quintinum, meas delicias, juxta Peronæ villam, anno 1108. Ut Paschalis II papa anno 1106, sic triennio post Ludovicus VI Francoorum rex quoniam Peronam venisset, ad preces Adelaïdis tunc marito orbatæ, & carissimæ patruclæ nostræ, inquit rex, Radulfi Vermannorum futuri comitis, Alanie donationem, ceteraque monasterii bona rata habuit. Aliquanto post Henricus regio nomine missus est ad Gratianopolitanam Cartusiam, ut S. Godefridum ad*

A 22 ij

cathedralem qua cesserat Ambianensium sedem A piscationis jure. Anno 1181 Lucius III papa reduceret: id vero contigit ante diem VIII cal. Novembris anni 1115, quo sanctissimus præsul dato Quintinians suis aliarum de *Chines*, aureo calice, multique bonis, animam Deo reddidit. Anno 1121 Henricus parentavit Adelaidi Peronæ dominæ, S. Quintino addictissimæ, quæ eodem anno obierat pridie idus Septemb. Anno 1128 precum ac suffragiorum societatem inivit cum Avenianis prope Bajalam monialibus. Obiit *omni religione adornatus*, inquit necrologium, VII cal. Junii anno 1133.

VI. Rogerius Aquicincti monachum sub Alviso abbate voverat, quo ad Atrabatensem cathedram evecto, Goswini sanctissimi abbatis magister provectus, Quintiniano monasterio per septennium præfuit, vir quieti solitudinis & orationis studio maxime deditus. Obiit calend. Maii anno 1140.

VII. Hugo I, Rogerii castellani Peronenfis germanus, puer in Corbeienfi monasterio Deo oblati, ibidem succedentibus annis monachum professus est. In abbatem a Quintinians electus, cum Corbeienfis, Flaviniacensis, Aquicinctini & Flaviacensis S. Geremari monachis anno 1143 mutuum inivit precum societatem. Biennio post, Hamelæti altare consequutus est a Simone Noviomenfi episcopo, subscriptisque literis Theoderici Ambianensis episcopi, ecclesiam S. Martini ad gemellos in abbatiam promoventis. Ei pontifices Eugenius III, Adrianus IV, Alexander III, datis literis impense faverunt. Anno 1149 Franctum villam cum Wermundo Roiz toparcha commutavit pro decimis Adriani curtis; quod anno sequenti Ivo comes Sueffionensis, Nigellæ princeps, ratum habuit. Anno 1155 Ermengardis filia Rogerii castellani Peronenfis, Hugonis abbatis neptis, alodium suum apud Genciacum cum aliis donis sancto Quintino obtulit. Anno 1159 Philippus comes Flandriæ apud sanctum Quintinum cum Radulfo Veromanduorum comite pactum inivit, quo Elisabethæ conjugii, Radulfi filiæ, dotem assignavit. Anno 1172 Hugo transiit ad regimen Corbeienfis monasterii.

VIII. Hugo II, patruus aut frater Petri castellani Peronenfis, Hugonem Corbeie redditum mox ut excepit, cum ipso Petro de juribus apud Hamum nonnullis, Genciaci vicissim aucto dominio pepigit. Anno 1174 Johannes Caperius distissimus, suscepto monastico habitu, molendinum Bellarum-aquarum, vernacule de *Belles-alfes*, in suburbio Peronæ cecit cum adjuncto stagno, nonnihil vindicante sibi Ricalda conjugæ, quæ in seculo remanserat. Sub annum 1177 Willerius de *Simont* flagnum Basini-curti contiguum, anguillis capiendis idoneum, & Robertus de Clariaco nemus Fassemontis una cum filio, aliaque sancto Quintino voverunt. Anno 1178 Rainaldus episcopus Noviomenfis singulari diplomate monasterii bona omnia recensuit & confirmavit: idemque biennio post ab Alexandro III papa præfuit: quo tempore Hospitalariis Sibiriaci fratribus sive nullibus abbas & monachi multas cesserat aquas, servato tamen quoties liberit

omnia privilegia novis literis confirmavit & auxit. Eodem circiter tempore repressi canonorum Peronenfium conatus, qui sivarum apud Comblas, Malum-repasmum & Clariacum, sitarum decimas calumniabantur. Obiit Hugo III nonas Septembris anno 1184.

IX. Garnerus, obiit XVIII calendas Februarii anno 1185, id est 1186.

X. Robertus I, ex priore monasterii factus abbas, tanto oneri quam imparem se crederet, dignitatem paucis post electionem suam diebus abdicavit, privatique cum omni humilitate & gaudio per sexennium in monasterio vivit.

XI. Balduinus I, Roberto successus eodem anno 1186, mox ab Urbano III pontificum diploma consequutus est. Anno 1189 pepigit cum Adamo de Manécourte de memoribus Scalar, Philippo Flandrorum ac Veromanduorum comite conciliatore. Anno 1190 Radulfus, Codiacci dominus, sex carris in usum fratrum vino onustis liberum a vectigalibus commeatum permisit. Obiit Balduinus IX cal. Octob. anno 1192.

XII. Gualterus de *Ipra*, mox abbas salutatus ex monasterii præposito, quum per ætatis senium res monasterii legnissimè administraret, sexto regiminis anno dignitate cedere cogitur. Sed juvat ipsissimas veteres schedas hic repræsentare. Ita vero illæ: *On trouve ès chroniques des abbés de cheus, que Waultier premier besoigna petiement, comme il appert assez; car du temps qu'il gouverna n'est rien trouvé escript cheus: & ce semble qu'il fut abbé six ans, jusques en l'an 1198 qu'il fut démis. Et est là escript, que pour luy remonstrer que par luy les besoignes de l'eghse alloient maïssement, tous les religieux d'uelle furent en un certain jour assemblez en chapitre, avec eux le conseil de l'eghse, excepté un jeune novice nommé Gaultier son sibeul, auquel il laissez faire toutes ses volonteiz, & pour ce à cette heure chassoit au bois. Et par aucun d'eux luy fut dit & exposé ce pourquoy ils estoient assemblez: auxquels il respondit que si tous les religieux y estoient, qu'il leur respondroit. Si envoyent querir ledit jeune homme Gaultier, qui vint tout mouillé, & alla à la cuisne pour lui resner; & demanda un fagot au cuisnier qui lui refusa, s'il ne luy donnoit sa vie durant son pain chiens si il estoit abbé; & il lui octroya, & chaussa, & refusa, & puis alla au chapitre. Et après, ledit abbé Waultier respondit aux religieux, que si ils estoient contents que le religieux qu'il nommeroit fust abbé, qu'il se demettrait; dont tous furent d'accord. Et lors il nomma le jeune Gaultier; & comme ledit chronique resnoigne, esperant qu'il fessit luy la besoigne qu'il n'avoit fait. De quoy lesdits religieux & le conseil de ladite eghse furent moult émerveillez. Néanmoins ledit Gaultier fut reçu pour abbé, & l'autre déposé.*

XIII. Gualterus de *Hardecourt*, his modis promotus, non sine nutu divino mutatus est in virum alterum. Nam quum nobilissimus ille juvenis, patre Achardo de *Hardecourt*, Hadwido non imparis generis matre genitus, liberioris vitæ, atque inprimis venationis studia potius quam regularis disciplinæ exercitia sectaretur, ubi ceteris se

prælatus fratribus vidit, ita se observantia totum devovit, ut omnium factus exemplar, monasterium pristino splendore restituerit. Singula ordine percurranda. Prima ejus cura in describendis atque unum in corpus redigendis chartis & documentis omnibus enituit. Anno 1201, ut suos gravissimo aris alieni pondere sublevaret, exactoribus majorem proventuum partem dimisit in quatuor annos; parco interim victu cum monachis decessoris errata redimens. Aliquanto post Hugo comes de Beaumais vendit Roquenensis dominiu, cui innixum erat Æmilie conjugis dotulium, Albiniacensis tiam prædii jura tum oppugnerari sinegit quum ad Jerofolymitanum iter se accingeret. Inde anno 1207 per Constantinopolim reversus, insignem illam crucis Dominicæ portionem, de qua distinus in præfatione, a Balduino comite Flandrensi & imperatore Constantinopolitano dono acceptam Gualtero abbati consanguineo suo concessit. An. 1211, Simon de Betsiaco, canonicus Ambianensis, Longvenis decimas cessit. Anno 1214, Ludovicus, Philippî regis primogenitus, homines de Bus, monasterii clientes, a bello subeundo exemit. Anno 1215 Stephanus episcopus Noviomensis, hac lege Johanni militi & domino Villarî Falconis erigendi sacelli fecit licentiam, ut ejus loci oblationes monasterio sancti Quintini cederent. Anno 1218 Roqueniaci decima: cessæ sunt Arroasianis in locum aliam decimarum. An. 1219 Philippus Augustus monasterii bona confirmavit; & triennio post, Hallensis ville molendinum, stagnum, aliaque dedit, ut Peronenfis urbis molendina majora solus obtineret. Eodem anno Johannes de Bouchavenus miles, Basini curtis aquas omnes sub annuo censu percepit ab abbate, qui anno sequenti pepigit cum Odone Vedallensi abbate. Anno 1221, Galterius, Peronæ castellanus, Tillioi decimarum partem dimisit annuæ memoriæ celebrandæ. Eodem anno, mensè Julio, commutato facta cum rege, qui monachis cedentibus, novem modios frumenti quos percipiebant singulis annis in novis Perinæ molendinis, & novem modios super molendino regio, dedit in compensationem molendinum ac vivarium Hæze. Anno 1224, pactum aliud initum cum Odone abbate S. Vedasti de fluviolo Hallensi pro irrigandis pratis. Anno 1227 Robertus Boquetus omnia sui juris in villis Busi & Scalæ remisit. Post annum 1230, frater Johannes de Monte-Grossino, ejusque socii milites Templi, aquas Stirpiniaci sub annuo monasterii censu receperunt. Annis 1238 & 1240, Johannes, Peronæ castellanus, multa que apud Genecium obtinebat, dimisit. Ex his omnibus Walterus ingenientem pecunie summam contulit, quam fuuro successori ædificandæ novæ basilicæ tradidit in manus. A reliquis hujusmodi prudens abstineo. Hæc enim satis probant quam strenue augendis monasterii rebus Walterus adlaboraverit. Jam ab anno 1218 sacellum majus B. Virginis magnis sumptibus perfecerat. Nun dubium quin eo sui illati uterque ejus parens, quorum nomina cum acceptis beneficiis notantur in necrologio: Achardi quidem patris ad diem VIII id. Julii, matris vero Hadwidis,

que marito superstes fuit, ad idus Sept. Hæc non pauca cessit apud Emmam, que hodie Mansionile Brunetelli dicitur, consentiente Philippo filio, milite de Hardecourt, qui tam suæ quam uxoris Nicolæ, diei anniversariæ multa & ipse contulit apud Mollanum villam. Walterius tandem rebus optime gestis, extinctus est IV non. Octobr. anno 1241. Funus ejus univèrsæ civitatis, & nobiles plerique, velut communis omnium parentis prosequuti sunt. Sepultus est in sacello beate Mariæ sub ænea lamina, quam male feriatî homines anno 1624 avulerunt, comminuerunt, vendideruntque, uti & postea præclarissimam cupream sacram supellestem. In lamina hujus marginis insculptum erat sequens epitaphium: *IV non. Octobr. moritur Galternus de Hardecourt, abbas, datus, reclusus & inuandus, impes solvens; & hic in arto ponitur; cujus laus & memoria non sepelitur.*

XIV. Simon Coignon de Walincourt, vir profundæ humilitatis & sapientie, creatus abbas, decessoris vestigia sequitur, & nobilis que stetit ad hunc diem basilicæ postis fundamentis, choroni ejusque circuitum complevit. Lapides erigendis muris aptos ut inveniret, Buchavenæ, Curcellarum, & Escurtis alæ colonias aliquot terræ jugera dimisit ad vitam, quo necessariam materiam eruerent, coquerent, & ad monasterium deferrent. Anno 1242 multa apud Ciconias comparavit. Sequenti, apud Alaniam Morchiarum decimas acquisivit, consentientibus Ægidio castellano Bapinsæ, & Guidone episcopo Cameracensi: tum centum & viginti terræ jugera apud Molanum emi a Petro Manencurti dynasta & Adamo ejus filio. Sequentibus annis Innocentius IV papa datis privilegiis eum descripsit rerum statum, qui florentem adhuc disciplinam probabat, sed brevi ad laxiora desciturum: tum Ibertus Templezii dominus, Fleschini partem tertiam vendidit, probantibus sancto Ludovico, Gerardo vicecomite Ambianensi, & Iberti fratris: Furfax etiam episcopus Atrebatensis multa apud Aiscurtem & Btachim dono dedit: subjecta denique monasterio Buchavenæ parochia. Nescio quo casu abbati & monachis libertas facta anno 1252, ne ad synodum aliam præter Remensis provinciæ cogentur. Anno 1255 Simon emit Elsticam silvam aliaque jura a domino Sallaci, & anno 1256 a Radulfo custode spium ad aquas molendini de Belles aisses emitendas: annuque S. Ludovicus, qui tum Peronæ præfens aderat translationi corporis S. Fursaci, factæ per episcopos E. Wermundum Novionensem, Guillelmum Bellocensem, Galterium Tornacensem, & Radulfum Tarvanensem. Denique Simon domum apud Renellam, & 48 jugerum prædium monasterio acquisivit. Tot meritis in suos gravis succubuit xiv cal. Februarii anno 1257, id est 1258; sepultus in choro.

XV. Gerardus Boissef, antequam dignitatem iniret, a Corbeiensibus in fratrum societatem acceptus, tamen natus humili loco, multis nobilitate insignibus monachis in abbatis electione prælatum, immunitatum honorumque monasterii

acerrimum se præbuit defensore. Miræ humilitati singularem conjunxit prudentiam & animi fortitudinem, qua involantium in bona monasterii conatibus obstitit. Anno 1258 non pauca consequutus est apud Flechinum, Montem-Albanum & Hamelctum. Anno 1259 Alexandri IV papæ triplici diplomate præsidium adversus episcopos provincie Remensis adeptus est. Anno 1260 a Petro episcopo Atrebatensi ecclesiam vel facellam chorum ambientia consecrari curavit. Anno 1263 interfuit translationi corporis sancti Adelarli abbatis Corbeienfis. Denique anno 1267, id est 1268, obiit XIV calend. Februarii, ipso eodem die quo decessor fuit.

XVI. Robertus II, non minus meritis quam ætate gravis, unanimi fratrum suffragio ad abbatialem sedem sublimatus, jura possessioneque monasterii tanta constantia tuitus est, ut mortem minitanti aliquando dynastia cuidam potentissimo jugulum præbere non hæsitaverit; quo quidem animo motus ille, mox in abbatibus ruit amplexus, & cum eo in gratiam rediens cessit a vexatione. Anno 1269 cum Roberto Artesie comite Villabusi, quæ monachorum est, definita jurisdictione. Anno 1271 Robertus Bapalmæ castellanus, dominus de Beaumés, monasterii de lignum hominem & prædia Sterpinelli, Vandelicuriis, aliaque, protulit. Anno 1272 Wilhelmus illustris familiae Longe-vallis caput, testatus est lapidicam prope Montem-Albanum sitam, in qua calcem concoquebat, juris esse Quintinianorum. Denique anno 1275 de Assigniano territorio cum canonicis Peronenfibus disceptatum. Hæc dum solite curabat abbas emeritus, quumque regularibus exercitiis subducebat ut plurimum ætas provecior; ne per ejus absentiam detrimentum aliquid monastica disciplina caperet, convocatis fratribus abdicat dignitatem eodem anno 1275, vivitque privatus ad annum 1280, quo obiit pridie cal. Junii, sepultus in facello S. Andreae.

XVII. Balduinus II, Roberto subrogatus, laborantem extrema decessoris siceritæ ætate renovat disciplinam. Totum præfecturæ ejus quinquennium promovendis ad meliora suorum animis, tum pacandis & componendis litibus occasione jurium & prædiorum coortis insursum est. His pro voto expletis Balduinus anno 1280 quævit, in beati Stephani facello depositus.

XVIII. Mattheus I, parentem utrumque habuit Hamelcti dominos, sanctitatis laude conspicuus; quibus ipse virtutum studiis non impar, singulari mansuetudine, prudentia & castitate fulgebat. Initum cum aliis monasteriis precum societatem renovavit: ædes extruxit ad excipiendos hospites: bona monasterii impetrato Nicolai IV pontificio diplomate ab invalforibus tutatus est: sancti Quintini celebritatem annuum receptis indulgentiis frequentiore reddidit. Ad hæc anno 1281, commutationis jure quicquid Petrus de Roya miles apud Hamclctum tenebat, affectuatus est. Anno 1282 Johannes dominus Buchavenæ, ob prædia quædam feudatarium se monasterii agnovit. Anno 1283 Johannes prædii Motæ possessor, apud Alaniam se suosque con-

A muni aliorum lege teneri factus est comportare fruges ad molendinum abbatie. Anno 1285 Robertus Bapalmæ castellanus, decimas Valliscurtis restituit, & quibusdam in locis Somenæ aquas sub annuo censu locavit. Anno 1286 Furfatus de Roya miles, ejusque uxor Mathildis, pactum iniere cum abbate & monachis, cui Guido episcopus Noviomensis accepto illorum sacramento subscripsit. Anno 1290 cum majore & scabinis Peronenfibus de Renelli supremo dominio, & triennio post cum Bertaldo de Hamelo, dynasta Clariaci, de rebus & jurisdictione monasterii super eodem loco conventum est. His gestis Mattheus obiit XVI calendis Julii ejusdem anni 1293, sepultus in facello sancti Albini.

XIX. Johannes de Villers, generis profapia illustrior quam vitæ cultu aut moribus, omiffa rei monasticæ cura, venationi ut plurimum ac comestationi totum se delixit; unde tam rerum temporalium quam observantia regularis grave sequutum est detrimentum. His malis ut remedium afferrent monachi, quorum pars haud exigua paternas domos repetierat, a Clemente V papa literas exoravere quibus distracta bona recuperarent. Nonnulla tamen gessit ille, vel eo permittente gesta sunt, monasterio satis proficua. Vendita enim anno 1295 Hugoni Clariaciensi aliquot terræ jugera, reddita sunt gratis anno 1298 ab Egidio de Heudincourt: anno 1307 lisa ingens cum domino Tilleii fopita: anno 1312 Lehenenfes monachi jura monasterii apud Geniacum invadentes reperiit. Adfuerat Johannes anno 1299 comitiis generalibus Benedictionorum provincie Campaniæ. Quam autem ad proveciores annos venisset, male gestorum poenitens mores mutavit, reliquumque vitæ spatium exegit in luatva poenitentia ac cilicio quoad ad mortem usque non deposuit. Obiit calendis Aprilis anno 1313, id est 1314, sepultus contra majus beatæ Mariæ facellum, cum hoc epitaphio: *Hic reclus sub lapide pius & humilis jacet Johannes de Villers, cenobii qui fuit opitio, & per xx annos rexit.*

XX. Johannes d'Inchi, communi fratrum voto creatus abbas, mox illata per decefforem damna sedulo reparat, oppignerata recipit bona, & observantia regularis usum revocat sanctiorem, solvit res alienum, possessiones novas comparat, atque aliam brevi rebus faciem inducit. Occurrit ab anno 1315 in instrumentis. Anno 1320, in comitiis generalibus Peronæ habitis, Clariaci toparcha monasterii domum sitam Hallæ dititione sua profusus exemat agnovit. Anno 1335 Bapalmæ castrum in urbem fossis, muris & turribus munivit evasit; quæ res cum ejusdem loci castellanis pacificendi occasionem abbati & monachis Quintinianis præbuit. Obiit abbas ille an. 1337; funusque ejus adstantibus episcopis decem cum vicinis abbatibus, atque innumero populi, maxime vero nobilium cætu, in minori B. Mariæ facello honorifice curavit Guillelmus Bertrand, episcopus Noviomensis, IV cal. Augusti.

XXI. Johannes Chevalier, ex Arroafianorum collegio factus monachus in cenobio Montensi, creatur abbas, in literis tam sacris quam profanis

apprime verſatus; piaque deſceſſoris veſtigia feliciter aſſequutus, reſtitutam ab eo obſervantiam ſic promovet, ut monaſterium ordinis ſancti Benediſti viſitator per Campaniæ provinciã inſtitutus fuerit. Novus ille monaſterium decoravit ædiſiciis. Anno 1338, dum Angli Cameracum obſiderent, tamenſi multa paſſus ab illis, vicinis tamen grandiora ferentes ſublevavit. Obiit præſtantiffimus abbas viii idus Decemb. anno 1361, ſepultus juxta S. Albini ſacellum, & epitaphio rudi donatus.

XXII. Johannes de Hardecourt-de-Combles, ab inſtantibus regionem Angli illata monaſterio detrimenta ſarcivit. Erga hoſpites magnificus, B eccleſiam quoque calicibus, aliæque ſupelleſtili tam aurea quam argentea locupletavit. Conventui domos, præta & terras dedit, ac præter utenſilia multa aurea & argentea, 9000 aureos nummos moriens reliquit 1x cal. Decembris anno 1370, conditus contra minus ſacellum B. Mariæ.

XXIII. Hugo III, Johanni longe diſſimilis, ex monaſterii præpoſito factus abbas, pleraque ejus bona dilapidavit, emancipavit prædia, oppigneravit poſſeſſiones, omnemque ſupelleſtilem, imo & ſacra vafa, ipſumque adeo quem dederat S. Godefridi calicem aureum diſtraxit. Hæc tamen omnia non tam ſcelerata quam ex temporum calamitatibus & Romaniæ curiæ, quam ſæpius adire cogebatur, exactiõibus perpetrata ſunt; nam & monaſterii juriſus ſæpe cautum legitimum. Obiit viii calend. Martii anno 1378, id eſt 1379, ſepultus in majori ſacello B. Mariæ.

XXIV. Petrus de Paille, ex monaſterii quoque præpoſito unanimi fratrum conſenſu in abbatem evectus, Johannem ſanctæ Columbe Senonenſis abbatem naſtus eſt æmulum, cui Clemens VII papa Avenionenſis abbatiam donaverat. Sed ille poſtea beatiæ Mariæ Moſiſmenſis ſedem adeptus, ceſſit jure ſuo; Petrus autem tandem pacificus monaſterii poſſeſſor, pauca quæ a deſceſſore intacta D remanſerant, volens nolens peſſum dedit. Inde premenibus diſſimilimſi temporibus ſequuta eſt monaſterii deſolatio monachis hac illac diſperſis, ipſo per totos ſere viginti annos Peroniæ aſylum querente. Comparata hanc in rem domus anno 1380. Obiit Hugo vi non. Martii anno 1398, id eſt 1399, conditus in ſacello S. Stephani.

XXV. Mathæus de Dury, ex monaſterii procurator creatus abbas, reparandis ejus ruinis ſedulo incubuit; eccleſiam inſtruxit ornamentis, regulares officinas inſtauravit, & congregatis qui diſperſi erant monachis, ſolitudinis & abſtinentiæ certis diebus ac temporibus ulum induxit. Quin E & prudenti adminiſtratione diſtracta pleraque monaſterii bona recepit, aliæque multa feliciter exequutus eſt. Epifcopos Atrebatenſes Johannem Camard & Martinum Port, monaſterium viſitare tentantes, re deſidere coëgit. Anno 1411 licentiam impetravit a Johanne XXIII papa, erigendi ſacelli diviniæ officia celebrandi propriis in ædibus Peroniæ conſtitutis, nequicquam intercedentibus S. Furfaci canonicis, qui quod mortui cadaver in Hallæ fluvioli educum fuerat, monaſteriique nomiæ ſumtum de parricida ſuppli-

atium, eccleſiam parochialem ſancti Salvatoris, in qua bellicis tempeſtatibus profugi monachi divini officia celebrabant, ipſis occultarent. Anno ſeq. obtinuit ab eodem ſummo pontifice, ut aliud hoſpitiũ Peroniæ cum officinis neceſſariis fundaret; canonicorum vero impetus, tam epifcopo Noviomienſis quam Parlamenti conſulto reſtreſſi ſunt. Mathæus annis quatuordecim regimini prudenter exactis, ac de ſuis optime meritis, deſceſſit 111 cal. Auguſti anno 1413, tumulatoſque eſt in ſacello majori beatiæ Mariæ.

XXVI. Johannes de Henon, diſſimilimſi rei publicæ temporibus, regionem ſcilicet bello, peſte ſameque inſtantibus, monaſterii præfecturam iniiit tenuitque. Redacta ad ejus monachorumque petitionem decimarum ſolutio ad quadraginta libras Turonenſes auctoritate apoſtolica, per Carolum VI regem anno 1414 e. Bapalmæ expugnatione reverſum confirmata. Anno ſequenti Johannes a concilii Conſtantienſis præſide epifcopo Albanenſi literas accepit, quibus ipſi eligendi conſeſſarii cum ampliffima abſolvendi facultate data eſt licentia. Anno 1418 vafa ſex argentea cum triginta nummis aureis, ac terra juxta quadam Clariaci ſita, monachis contulit celebrando quotannis anniverſario ſuo. Anno ſequenti Hallæ fluvioli dominium iſdem monachis adverſus canonicos aſſertum Parlamenti conſulto, ſacellumque in ædibus monaſterii Peronenſibus conſtructum invitis canonicis. Anno 1437 decimæ ſanctæ Radegundis a Præmonſtratenſibus coemete, Quæ graviffimis illis tempeſtatibus præta infraſtrum Johannis animum ſatis ſuperque probant. Obiit xiv cal. Octobris anno 1438, conditus in majori ſacello B. Mariæ.

XXVII. Jacobus Ranfon, ex monacho Quintiniano prior ſancti Petri Lehenenſis, volente Philippo Burgundiæ duce, cujus ſacellanus fuerat, abbas inſtituitur. Huic ſua comitas, forma elegans, indoleſque ad omnia verſatilis, ad honores gradum fecit. Mox ut Quintiniani eſt præpoſitus, ad eum delata ſunt vafa aurea & argentea, quibus in monaſterii commodum uteretur. Sub ejus præfectura, anno 1458, Hugo de Longa-valle, Vallium dominus, datis 1600 aureis nummis, ex quibus nemora Moſſiani ſunt comparata, annuum præcem cum miſſa quotidiana inſtituit; quo etiam loco ſepulturam accepit: anno vero 1460 Johannes des Freſnes, monaſterii præpoſitus, librum concinnavit, eam ob cauſam Librum præpoſiti appellatum, in quo plures chartæ deſcribuntur, rerumque ſuo ævo geſtarum ſeries explicatur. Johannes quum annis xxiiii Quintinianos rexiffet, ducis Burgundiæ fretus aura favorabilis, maximo cum apparatu tranſiit ad Corbicienſes menſe Februario anni 1461, id eſt 1462.

5 Huic vulgati indices ſufficiunt Johannem d'Anquemes, qui revera Jacobo ſucceſſit apud Corbeiam, minime vero apud ſanctum Quintinum de Monte.

XXVIII. Johannes de Médon, elden duci Burgundiæ carus, ex monacho Sithienſi & veterano ſancti Bertini abbate, Jacobo Ranfon proxime ſucceſſit, vita ſanctus non anno 1471,

quemadmodum diximus tomo III. col. 505, sed A  
anno 1481.

XXXIX. Johannes de *Kaerquendaven*, aut *Karquendall*, Prælativensis canonicus & apostolicæ sedis protonotarius, anno 1481 a Sixto IV papa abbatiam consequutus, electo a monachis Johanni d' *Estrées* dignitatem præcipuit, quam quum renitentibus monachis per sex annos tenuisset, morti proximus amulo cessit. Obiit vii cal. Decembris anno 1487.

XXX. Johannes d' *Estrées*, quem modo nominavimus, filius Antonii d' *Estrées* & Johanne d' *Aiz*, monachus Corbeiensis, iterum electus, anno 1487 summa omnium gratulatione præfectorum inivit; monasterium navis cinxit, ecclesiam pluribus ornamentis, & maxime majoribus candelabris ex ære affabre elaboratis, atque altaris tabula altissima item ænea, miri operis, tum ejusdem metalli Moïsis effigie, pulpitoque aequilam referente, decoravit. Ulum pontificalium anno 1514 a Leone X papa obtinuit. Obiit vi calend. Februarii anno 1516, id est 1517, Perone; quo propter belli tumultus secesserat. Corpus ejus delatum ad abbatiam suam, conditum est in choro; moxque distillatæ monasterii gaze a prætore & aliis Perone judicibus expilata; quantumvis accedentibus pontificis minacibus literis, Parliamentique decreto, recuperari nunquam potuerunt; in eorum nepotes scelus ulciscente numine.

XXXI. Ludovicus *Couffin*, jam abbas Soliænsis, Petro *Bachel*, seu *Bachelier*, loci monacho, electo quidem, sed repudiato a rege, abbatiam eripuit, quam tenuit in commendam ad annum 1527. Hujus imperium quum detrectarent monachi, iteratis regis literis agre paruerunt, invito licet inter utrumque abbatem sedere de pendenda quotannis Petro cedenti multarum librarum summa. Unde quieti suæ consulens Ludovicus, Soliænsis repetiit monasterium anno 1527, secumque argenteam omnem suppellectilem monasterii, baculum pastoralem, insulam, diplomata, majores pelves duas inauratas, duo item majora candelabra aut illita, calicem grandioreni, quatuor urceolos, & plurima alia argentea vasa secum exportavit, abdicans in gratiam sui ex favore nepotis Antonii *Royault*, decani ecclesiæ S. Fursii Peronenfis. Sed ille nec regi nec pontifici acceptus, literis tamen regis temporalem monasterii administrationem impetravit, avunculi potius procurator quam verus abbas: unde & mortuo anno 1532 Ludovico, ea privatus est.

XXXII. Johannes de *Genouvillac*, a rege nominatus, Petrum *Bachel* rursus a monachis electum summovit, ea lege tamen ut illi mille libras Turonenfis quotannis pensitaret. Obiit Petrus x cal. Dec. anno 1541; Johannes vero abdicavit anno 1544 in gratiam fratris ex pellice nati.

XXXIII. . . . . *Verdun du Mas*, dictus etiam de *Genouvillac*, obiit anno 1563.

XXXIV. Jacobus d' *Happlemcourt*, nominatus a rege anno 1563, pleraque monasterii dominia ad solvendum, quæ bellorum causa imposita fuerat, pecunia summam distinxit, vel pretio levissimo vendidit. Obiit anno 1575.

Ex Historia genealogica Magnatum Franc. tom. 4. pag. 598. Antonius d' *Estrées*, qui obiit vii idus Maii anno 1568, fuit canonicus Noviomensis, & abbas S. Quintini de Monte; quod unde desinitum sit nescimus. Videtur erratum esse in duobus Estræis, Antonio nimirum isto, & Johanne de quo nos supra nº XXIX. Ceterum Antonius filius erat Antonii d' *Estrées* junioris & Johanne de la *Cauchie*, sepultusque ad sanctam Catharinam Vallis-Scholarium; unde corrigendum quod diximus de parentibus ejus tomo VII col. 246.

XXXV. Franciscus *Pesquans*, sanctæ Mariæ Bituricensis canonicus, abbatiati dignitate favore marefcalli de la *Châtre* donatus anno 1575, relictus omnes eidem potendosi permisi. Obiit personatus abbas anno 1596.

XXXVI. Sebastianus *Robelin*, parochus ecclesiæ de *Liancourt* & *Nizelle* canonicus, anno 1596 fiduciarii abbatiss titulum induit sibi commissum a Nicolao d' *Amerval*, domino de *Liancourt*, Gabrielidis d' *Estrées* marito, cui Henricus IV rex abbatiam concesserat. Obiit Sebastianus anno 1613.

XXXVII. Claudius d' *Argouges*, regis Ludovici XIII literis anno 1613 creatus abbas, desolatam monasterium reparare stegit; extruxit dormitorium, claustrum, ceteraque regularia loca; & ut novum monasterio decus adderet, nascentis sub S. Mauri auspiciis reformatæ congregationis sodales accivit anno 1621. Ecclesiam ornavit sacris vestibus, multa alia præstiturus, nisi incumbens bella obstulissent. Obiit monasterii reparator anno 1637 Briocensis episcopus.

XXXVIII. Franciscus d' *Argouges*, defuncto patruo successit, abbatæ possessionem adeptus anno 1638. Obiit Sacræ facultatis doctor Sorbonicus xvii cal. Junii anno 1651.

XXXIX. Henricus d' *Argouges*, fratri natumajori successit anno 1652, tertiamque bonorum omnium portionem anno 1656 monachis asseruit: domum abbatialem construxit, ornavit majus altare, sanctuarium cinxit ferreis cancellis, ecclesiam parochialem excitavit a fundamentis. Obiit Luteciæ Parisiorum de monasterio optime meritus iv idus Januarii anno 1678, corpusque ejus in ecclesiam S. Quintini translatum, conditum est in sacello sancti Andree, quod suis ipse sumptibus exornaverat, cum hoc epitaphio:

#### DEO. OPT. MAX.

*Hic jacet clarissimæ memoriæ D. Henricus d'Argouges, Peronenfis S. Quintini de Monte canobii abbas eximius, qui nobilissimæ familiæ splendorem integerrimæ viæ merito, singulari modestia, caritate in suos, beneficentia in pauperes, multis gradibus auctior fecit. Quippe qui redivis prope omnes, sive in erigendis, sive instaurandis aut exornandis ecclesijs officisque divinis augustissimis celebrandis, pie ac religiose consumserit. Hac sua certe, hæc sua sunt, quæ in aliis rariora, suavissima in suos religiosos mansuetudo, occulta in pauperes liberalitas. Misericors & prudens quod in amica rixarum compositione judicium, sicut Deo gratum, ita & omnibus fecit carissimum;*  
adeo



adeo ut communi bono non sibi natus esse videretur, **A** *Labbe* canonicus regularis congregationis Gallicanae, ac prior parochus S. Martini Calniacensis.

## S E R I E S A B B A T U M .

**I. BERNARDUS** agmen ducit; sed ex iis que modo diximus abbatiam non capessivit ante annum 1088. Acceptit a Ratbodo II episcopo ecclesiam de *Ogne*, & plurima alia, quorum possessionem confirmavit *Baldricus* Ratbodi successor, nonnullis etiam additis. Anno 1108 adfuit eidem episcopo canonicos regulares inducenti in ecclesiam B. Mariz *Hannetus*. Obiit IV non. Novembr. ex necrologio.

Optimo abbati hoc fieri amoris & grati animi monumentum hujus cenobii prior & monachi hucentes posuere.

*Requiescat in pace.*

**XL. Franciscus Courtin**, filius Honorati *Courtin*, comitis des *Menues*, domini de *Chauteraine*, decani comitum consistorianorum, & Mariz: *Elisabethae le Gras*, nominatus anno 1678, mense Januario, obiit Passiaci prope Luteciam Parisiorum non. Januar. anno 1739.

**3 Ludovicus - Guido Guérain de Vaureal**, episcopus Redonensis, & orator regius ad Hispaniarum regem, nominatus IX calend. Septembr. anno 1741, sed possessionem non adeptus, transfatus est anno 1742, mense Decembri, ad abbatiam S. Albini Andegavensis.

**XLII. Johannes - Franciscus de la Croyte de Bourzac**, episcopus Noviomensis, abbatiam adeptus est nominatione regia, XVII cal. Maii, anno 1745, cujus possessionem inivit mense Septembri sequente.

## S. BARTHOLOMÆUS.

**HUGONIS** episcopi Noviomensis tempore, hoc est aetate medium undecimum seculum, *Garnerus* ejusdem ecclesie archidiaconus, factulum S. Bartholomæi edificaverat in coemeterio supraurbis muros posito ad communem pauperum & peregrinorum sepulturam. Illud *Baldwinus I.* Hugonis successor, amplificavit, dotavit, atque in abbatiam erexit. 1064; cujus rei instrumentum a *Vassorio* & *Samarthanis* jam vulgatum, receditur curavimus in appendice hujus voluminis. Sed destructum, anno 1557, bellorum injuria cenobium, in urbem paulo post transfatum est. Porro, præter *Baldwinum* foudatorem, multi ex ejus successoribus in utraque sede Noviomensi ac Tornacensi, abbatiam illam beneficiis donisque auerunt; in his *Ratbodus II.*, *Baldricus*, *Lambertus*, *Simon*, &c. Munificos ei quoque se exhibuerunt nonnulli *Suessionenses*, *Laudunenses*, *Tarvanneuses* episcopi. Inter beneficos reges eminent *Ludovicus VII.*, *S. Ludovicus*, *Philippus Audaax*, *Ludovicus XI.*; quorum exempla sequuti sunt *Veromandorum* ac *Flandriæ* comites, *fontarchæque* *Codiacienses*. Sed aboleri non debet memoria *Desiderii* clerici, qui cellarium claustrumque construxit anno circiter 1112. Ejus obitus notatur IX cal. Julii in necrologio domestico, ubi & legitur canonicos regulares sacram hanc ædem incolere coepisse anno duntaxat 1088. Abbatum seriem quam hic damus eruiimus potissimum ex compendiosa ejusdem abbacie historia, quam scripsit *R. P. Christophorus*

*Tomus IX.*

**B II. Lambertus I.** rem familiarem amplificavit acceptis variis prædiis & altaribus. Sedebat anno 1112. Donatus est a *Paschali II* bulla data anno 1115. Occurrit adhuc anno 1126. Finem vivendi fecit, aut v. aut xv cal. April.

**III. Rainerus**, aliis *Rainaldus* & *Rainordus*, memoratur in tabulis an. 1123, 1126 & 1128, ob decimas & altaria monasterio suo concessa. Adfuit prid. non. Februar. annis 1128, id est 1129, inaugurationi *Philippi*, filii natu majoris *Ludovici VI* regis; subscriptique, anno 1130, excommunicationis late a *Simone Tornacensi* episcopo, in eos qui vexabant ecclesiam *Tornacensem*.

**IV. Adam**, adfuit synodo celebrata a *Simone* episcopo, anno 1135. Subscripti anno 1139, literis ejusdem episcopi, quibus facultatem dedit transferendi e castello *Calniaci* abbatiam B. Mariz in locum S. *Eligii-Fontis*.

**V. Garnerus**, occurrit primum in tabulis anno 1140. Quinquennio post *Gottelus* *Suessionensis* episcopus, ei contulit decimam de *Lumbrai*. Univi abbatiam suam congregationi S. *Victoris* Parisiensis; cænis unionis meminit bulla *Eugenii III*, anno 1147. Occurrit adhuc anno 1153. Obiit ex necrologio VII cal. novembr.

**VI. Absalon**, reperitur anno 1154. Sedebat adhuc anno 1155. Obiit prid. non. Octobr. & vacabat abbatia VIII id. Jul. anno 1157.

**VII. Hugo**, notus ex *Stephani Tornacensis* epistolis 21, 29, 31, 33 & 57, novæ editionis, clarior bullis summorum pontificum *Adriani IV*, anni 1158, & *Alexandri III* anni 1161. Laudatur ob simplicitatem, que minime obliit quominus cenobium sub ejus regimine dilecteret multis novis donationibus. Literas ejus legitimus, quarum hæc erat præfatio: *Ego pauper Hugo, S. Bartholomæi dictus abbas licet peccator, & universi ecclesie ejusdem fratres pauperes, pauperum & humilium patri in humilitate pauperitatis servimus.* Subscripti anno 1168, consuetudinibus ecclesie Noviomensis. Composuit, anno 1170, de decima & juribus majorie de *Caina*. Gravis annis & infirmitatibus, cogitavit de abdicanda præfectura; sed depositus inſulis, anno circiter 1178, in gratiam cujusdam *Radulphi*, onus pastorale retinere coactus est saltem usque ad annum 1187. Ad meliorem vitam transit IV id. Octobr.

**VIII. Johannes I.**, ex priore electus est in abbatem, *Hugone* adhuc superſtite. Permissit an. 1188, ut *Galterus*, *Arrofae* abbas, oratorium

B b b b

S. B A R T H O L O M Æ U S  
THELME  
de Noyon.

Chart. IX.  
ml. 366.

& excoeterium exstrueret intra fines parochie A Curvi-loci. Occurrit usque ad annum 1200. Obiit xv cal. April.

IX. Lambertus II, composuit anno 1202, cum Majore Bria; anno 1205, cum Balduino abbate Urli-Campi, & cum Roberto abbate Arroasie; anno denique 1206, cum Petro abbate S. Crispini in cavea. Auxit abbatiam multis bonis ac praxertim decimis. Sedebat adhuc anno 1224. Obiit v cal. Aug.

X. Guillelmus, nobili genere ortus, saepe recurrit in tabulis domesticis ab anno 1226 ad annum 1235. Obiit ix cal. Decembr.

XI. Michael, occurrit anno 1238. Obiit B v cal. Maii.

XII. Arnulfus I, assensum præbuit an. 1238 erectioni parochie apud Bellum-vifum; ditavit, annis 1240 & 1242, ecclesiam suam reliquiis quibusdam S. Laurentii Dubliniensis. An. 1255 pepigit cum Ægidio decano Noviomensi, & an. 1266 cum Balduino abbate Arroasie. Anno 1269 precum societatem iniiit cum Johanne ministro generali Fratrum Prædicatorum. Anno 1273 Guido episcopus Noviomensis dedit ei patronatum capelle quam Nicolaus, frater Wermonti episcopi Noviomensis, & archidiaconus ejusdem ecclesie, exstruxerat in cœmeterio S. Bartholomæi. Obiit iii cal. Februar. eodem an. id est anno 1274.

XIII. Petrus de Chauni. Hujus equum, quo infidebat accedens ad monasterium, Nicolaus archidiaconus sibi debere contendit; sed causa cecidit iudice Guidone episcopo Noviomensi. Pepigit anno 1276 de quibusdam decimis cum Simone abbate S. Eligii-Fontis. Interfuit anno 1288 conventui Peronæ coacto a Johanne de Moutigni. Obiit xvi cal. Mart.

XIV. Johannes de Vico, composuit anno 1290 cum Johanne abbate S. Eligii Noviomensis. Factus est postea abbas S. Genovefæ Parisiensis, retenta nihilominus administratione S. Bartholomæi; & pepigit anno 1296 cum Andrea abbate Arroasie. Vivere desinit anno 1298. Vide tom. vii. col. 747.

XV. Anoldus, anno 1298 institutus est curator testamenti Petri de Cociaci canonici Noviomensis. Anno sequenti transegit cum Johanne d'Exhieu, decano Noviomensi. Anno 1304 precum societatem iniiit cum Goberto abbate Hamensi, & anno 1305 cum Johanne abbate Cantipratensi. Obiit ibid. Septembr. an. 1311.

XVI. Johannes de Mer, possessionem adeptus est anno 1311. Obiit anno 1316 administrationem altaris d'Abblincourt. Obiit xi cal. Maii, anno 1317.

XVII. Johannes de Gausse, vix electus, obtinuit a Johanne XXII papa, diploma datum vi cal. Maii. Permissit an. 1324 erigi capellaniam S. Elisabethæ in sua ecclesia. Anno sequenti composuit cum Fulcindo episcopo Noviomensi de custodia nemorum apud Curcellas. Anno 1328 solvit apostolicis exactoribus 62 libras Parisienses pro tertia parte decimæ quam colligebant pro expensis belli in Italia. Anno 1334 nonnulla

commutavit cum abbate S. Eligii-Fontis. Obiit idibus Junii.

XVIII. Ægidius de Combles, transegit anno 1340 cum Hugone abbate S. Crispini in cavea. Anno 1345, xv cal. Maii, celebratum est capitulum generale in ecclesia S. Bartholomæi, cui præfedit. Anno 1347 composuit cum fratribus & fororibus S. Lazari prope sanum S. Quintini. Obiit ix cal. Februar.

XIX. Johannes de Ambianis, occurrit cum titulo electi abbatis prid. cal. Februar. an. 1348, id est forte 1349. Societatem iniiit anno 1355 cum monachis Longi-Pontis. Præfedit an. 1358 capitulo generali celebrato apud S. Vincentium Silvanensensem. Anno 1369 eversum est furentibus Anglorum bellis monasterium: Johannes vero, donec illud reedificaretur, domos comparavit intra urbis mœnia. Sedebat adhuc anno 1370.

XX. Johannes Yser, possessionem abbatie adeptus est, vivente adhuc decessore, præfente Jacobo abbate S. Vincentii Silvanensensis. Dissidia multa composuit anno 1374 cum parochiis vicinis, & annis sequentibus cum aliis, maxime cum Philippo Arroasie abbate. Occurrit adhuc anno 1399. Obiit idib. Octobr. anno 1400, ex Vassorio & Sammarthens, post reparatum pro viribus monasterium.

XXI. Johannes Leferre, dictus etiam *Bris-montier*, e Capiaco oriundus, primum procurator cœnobii, deinde parochus S. Petri Noviomensis, magno suorum bono electus est abbas; nam intra quadriennium abbatiam multo ære alieno gravatam liberavit; claustrum, capitulum & dormitorium perfecit; turrim inter annos tres absolvit; ecclesiam vasis sacris, pretiosisque ornamentis instravit. Abdicavit anno 1416, extinctus post biennium vii cal. Septembr.

XXII. Nicolaus Gontier, possessionem iniiit viii cal. Aug. anno 1416. Extinctus vii id. Aug. anno 1420, monasterium reliquit omni ære alieno liberum & rebus omnibus instructum.

XXIII. Arnulfus Gareit, sedebat anno 1420. Eo sedente, anno 1428, Martinus V papa indulsit canonicis regularibus S. Bartholomæi, ut quoties pro negotiis aliisque rationabilibus & honestis causis monasterium suum exirent, veste superiori nigri coloris, donec in præfato monasterio essent reversi, habere & licite uti valerent. Quod privilegium renovavit Johannes cardinalis, episcopus Abrincensis, & apostolicæ sedis legatus anno circiter 1480, ex cod. ms. S. Genovefæ Parisiensis. Arnulfus E anno 1436 precum societatem iniiit cum toto Cœlestinorum ordine. Obiit vi cal. Maii, anno 1439.

XXIV. Johannes Caron, ex procuratore, & postea S. Petri Noviomensis parochus, abbas renunciatus est viii cal. Jun. anno 1439. Composuit anno 1450 cum Johanne de Meudon abbate S. Bertini Audomarensis. Obiit iii id. Januar. anno 1452, id est 1453.

XXV. Johannes Drual; obtinuit a Ludovico XI, rege anno 1471, sex sextarios falis. Pedum libere cessit anno 1479. Obiit vi cal. Octobr.

XXXVI. *Furfæus le Maire*, electus an. 1479, A benedictus est a *Guillelmo Marajin*, episcopo Noviomensi, admissusque in possessionem x cal. Septembr. ejusdem anni. Adfuit anno 1501 exequiis episcopi Noviomensis. Obiit non. Mart. anno 1504, id est 1505.

XXXVII. *Jacobus Paillard*, parochus S. Petri Noviomensis, omnium suffragis electus est abbas triduo post obitum decessoris sui, & benedictus est eodem anno, x cal. Maii, ab episcopo Noviomensi, in ecclesia S. Martini Calniaceusis. Restituit magnis sumptibus ecclesiam & alia aedificia bellorum furore diruta. Instituit officium solemne defunctorum singulis annis celebrandum vj id. Mart. Extinctus est xv cal. Novembr. anno 1521.

XXXVIII. *Nicolas Carlier*, regularium postremus, ex parcho S. Petri Noviomensis renunciatus est abbas xii cal. Novembr. anno 1521, & benedictus est ab episcopo Noviomensi. Ecclesiam organis, picturis & sacra suppellectile ditavit. Obiit a summo pontifice usum mitræ & aliorum ornamentorum pontificalium. Obiit xii id. Februar. anno 1534, id est forte 1535.

XXXIX. *Carolus d'Humieres*, episcopus Bajocensis, & summus Francie elemosynarius, abbatia quam statim post obitum Nicolai tenuit in commendam, cessit anno 1548.

XXX. *Filibertus de l'Orme*, de quo in abbatibus S. Eligii Noviomensis, vir in mathematicis disciplinis versatissimus, factus est anno 1548 abbas S. Bartholomæi. Sub ejus administratione monasterium extra urbis muros positum, dilapidatum est anno 1552, dein funditus destructum anno 1557 ab Alemannis præsidiaris Noviomii. Obiit ineunte Januario anni 1570.

XXXI. *Johannes Chapuis*, ex canonico regulari factus est abbas anno 1570; perfecit anno 1571, intra muros urbis, ecclesiam cujus decessor suus fundamenta posuerat; & paulo post suorum, quibus in viâ, vestitu ac moribus simillimus semper fuit, desiderio absumtus est.

XXXII. *Balthazar Grangier I*, regius legatus ad Helvetios & Rhætos, possessionem adeptus est xii id. Jul. anno 1573. Prodiit in lucem, anno 1597, Luteciz apud *Johannem Goffelin*, libellus ejus, sub hoc titulo: *La Comédie de Dante de l'Enfer, du Purgatoire & du Paradis, mise en rime françoise par M. B. Grangier, conseiller & aumônier du Roy, abbé de S. Barthelèmi de Noyon*. Præterea historiam insularum Atlantidum mira varietate, doctrina, eruditione refertam, conscripsit. Obiit prid. cal. Jun. anno 1606. In ejus epitaphio dicitur elemosynarius & consiliarius regum Henrici III & IV, canonicus ecclesie Parisiensis, alumnus misarum, literis humanioribus & omni scientiæ genere excultus, linguæ Hebraicæ peritus, pietate in Deum, caritate in egenos, comitate in omnes, & morum antiqua probitate clarus.

XXXIII. *Nicolas Grangier*, filius *Vespasiani Grangier*, Melchorum ballivi, patrum excepit an. 1606. Sedebat adhuc anno 1628. Abdicavit in gratiam sequentis.

*Tamus IX.*

XXXIV. *Balthazar Grangier II*, patruelis Nicolai, & episcopus Trecorentis, præerat anno 1654, quo tempore unita est abbatia sancti Bartholomæi congregationi canonicorum regularium Gallicanæ. Eam transcriptis sequenti an. 1668.

XXXV. *Paulus-Ludovicus-Philippus de Lesclapart*, possessionem adeptus est anno 1668, mensis Julio, factus an. 1684 episcopus Ruthenensis. Obiit vi cal. Mart. an. 1716. Sub ejus auspiciis reedificata est basilica monasterii, cujus primum lapidem solentis ritu posuere vi non. Julii, anno 1708, decanus & capitulum ecclesie Noviomensis.

XXXVI. *Stephanus-Josephus de la Fare*, nominatus ix cal. Decembr. anno 1717, cessit tam abbatia S. Bartholomæi, quam abbatia Mortui-maris in diocesi Rotomagensi, quando factus est, anno 1723, mensis Februario, episcopus Vivariensis; translatus mensis Novembris ejusdem anni, ad episcopatum Laudunensem. Vide episcopos Laudunenles.

XXXVII. *Martinius de Ratabon*, ex episcopo Ipreusi episcopus Vivariensis, abbas S. Bartholomæi & Mortui-maris obtinuit anno 1723, mensis Februario, Obiit v id. Jun. anno 1728.

XXXVIII. *Bonaventura Baugn*, reculante *Ludovico de Targoy* custode bibliothecæ regie, abbatiam S. Bartholomæi adeptus est mensis Januario anni 1729; factus an. 1736, episcopus Uccitenfis.

#### H A M U M.

HAM.

**P**ERONOM Scotorum inter & Noviomum, medium stat oppidulum, cui majores nostri nomen indidere *Hammum*, quod Germanica lingua vicum significat. Ibi autem posita est, sub invocatione B. Mariæ, abbatia canonicorum regularium, cujus originem & fundatorem detegere non licuit hæcenus; vetera enim pene omnia que fidem facere potuissent, monasterii documenta absorbere, vel bellorum tempestates, vel alie temporum injuria. Primo enim, an. 1411, post occisum Aurelianensem ducem, Flamingi universam urbem diriperunt incenderuntque; quam stragem pluribus describere tam Francie quam Flandriæ historici. Deinde anno 1557, arce dedita Hispanis, urbs ipsa a nostris concremata est. Rem narrat *Thuanus*, lib. 19; sed in eo corrigendus quod turrim Hami quadratam esse dicat, quam sit rotunda, nec probabile sit quadratam fuisse unquam. Denique conjuratis adversus *Henricum III* & *Henricum IV*, optimos reges, *Lotharingis principibus*, nihil non perpetua est civitas ab Hispanis, quorum in potestatem devenerat, ad annum usque 1594, quo ad legitimum suum regem reversa est. Porro inter hos hostiles tumultus monasterium ruine tam ingenti patuit, ut lapides ipsos devoraverint flammæ, nedum chartis pepercerint. Nonnulla tamen ex tot cladibus emerere documenta, unde *R. P. Segquier*, monasterii prior, synopsis hanc historicam contexit, quam nobiscum humanissime communicatam lectori subjicimus, paucis quæ minus utilia nobis visa sunt reselectis.

B b b ij

quibusdam etiam de nostro peni adiunctis.

Ante annum 1108 basilicam Hamensem obtinebant canonici seculares. Rogatus enim, hoc anno, ab Odone Hamensi domino, episcopus Noviomensis Baldricus, ut illuc intronitteret canonicos regulares, assentitur ut illi eligant sibi abbatem; *reliqui vero qui ab antiquis in ipsa ecclesia constituti sunt, praebedas suas quando vixerint habeant. & post mortem ipsorum ad regulares redeant.* Ita Baldricus ipse in instrumento quod cudi curavimus ad calcem huius voluminis. Ex canonicorum illorum collegio qui ante annum 1108 sedebant apud Hamum, quidam existimant assumtum esse Gilbertum episcopum Meldensem; quod jam observavimus tomo VIII, col. 1606. in episcopis Meldensibus. Ex iis autem qui regularem disciplinam illic invexere, eminent praefertim Wilbertus & Iribertus, qui cœnobio Vermandensi abbates dati sunt priusquam prae-monstratenfes illud occuparent. Ceterum ad congregationem sancti Victoris Parisiensis pertinuisse olim Hamense monasterium asseritur in ipsa S. Victoris historia, pag. 7; sed seculo proxime elapso, attributum est congregationi canonicorum regularium Gallicane, qui aedes omnes, adjuvante Ludovico Fouquet abbate, a fundamentis instaurare ceperunt anno 1678.

Summa religio servat apud se Hamenses canonici reliquias B. Waningi confessoris, Fificanensis monasterii conditoris, quem univërfa civitas ac vicinia plebes ut patronum colunt veneranturque.

#### ELENCHUS ABBATUM.

**I.** HULDO, seu Hald, ex canonico regulari sancti Martini in bosco factus est primus abbas Hamensis. Ad eum, anno 1108, Palschalis II papa scripsit VII cal. Novembr. in hæc verba: *Venerabilis fratris nostri Baldrici Noviomensis episcopi precibus per filium nostrum Cononem nassis annuente. statuimus ut congregati illic fratres secundum B. Augustini regulam in perpetuum convertentur, nullisque eis in abbatem constituatur, nisi quem fratres ipsi communi consensu, vel fratrum pars consensu senioris, elegerint.* Sedebat adhuc an. 1122. De eo ita necrologium sancti Martini in bosco: *x cal. Aug. obiit Hald, primum canonicus noster, postea abbas Hamensis ecclesie.*

**II.** Bartholomæus, sedebat anno 1130, ex veteri charta Lehemensis. Præfens aderat anno 1132, quando Petrus Bellovacensis episcopus, reliquias S. Iustii martyris in novo feretro composuit. Adfuit anno 1136 una cum Alberico E abbate Vizeliacensi coram Innocentio II papa, consensitque iudicio quod tulit summus pontifex ad dirimendas quæ inter utramque ecclesiam emerferant contentiones. Nempe ecclesiam Hamensem repetebat Vizeliacensis, seu quia illa monasterio suo obnoxia fuerat antequam transfret ad seculares clericos, seu quia aliam sibi obnoxiam abbatia facta absorberet. Certe *Villem-sclavam*, seu *Villam-silvae*, una duntaxat leuga ab Hamo distantem, pertinuisse olim ad Monachos Vizeliacenses observabimus infra in abbatia sancti

A Eligii-Fontis. Sed alias duas in damni compensationem ecclesiam monachis illis attribuit summus pontifex. Anno 1140 Bartholomæus accepit a Gerardo I, abbate Aquacurtenfi, excolendis agros aliquot territorii *de Santin*, sub obligatione reddendi quartam partem frugum. Occurrit adhuc anno 1141.

**III.** Rainaldus I, pepigit annis 1143 & 1155 cum Hugone abbate Præmonstratenfi, qui confessus est octo modios frumenti e villa *de Bonneuil* quotannis solvendo a suis ecclesie Hamensi. Huic Alexander III papa firmavit donationem decimarum villæ *de Goncourt*, a Balduino episcopo Noviomensi factam, & a Sansone archiepiscopo Remensi confirmatam.

**IV.** Hugo I, reperitur anno 1160. Sub eius annos rescriptit Alexander III papa ad Drogonem canonicum Hamensem, ut eum deterret ab occupanda præbenda quam ille in ecclesia Noviomensi persequatur; qua de re jam diximus in Henrico I archiepiscopo Remensi.

**V.** Rainaldus II, occurrit anno 1165. Transiegit anno 1168 cum capitulo sancti Quintini Veromanduenfis. Subscriptis eodem anno literis quas de consuetudinibus ecclesie suæ dedit Balduinus III episcopus Noviomensis.

**C VI.** Guillelmus I, sedebat anno 1185 ex tabulario monasterii Becensis.

**VII.** Johannes I, occurrit anno 1185. Præfens fuit, anno 1188, quam Philippus Elfatus Veromandorum comes Hamensem communiam confirmavit, & quam Johannes I, abbas S. Bartholomæi, permittit Galtero abbati Arroviae ut sacellum & cœmeterium extrueret in finibus parochiæ Curvi-loci. Comparavit anno 1190 decimam *de Santin*. Iudex constitutus est anno 1191, cum aliis quibusdam, in causa abbatie S. Bartholomæi de domo apud Verrinas, adversus Rainaldum *de Magry*. Tellis fuit eodem anno cessionis capituli S. Quintini factæ a Simone episcopo Noviomensi de representatione sacerdotis ecclesie de Grianchia. Aperuit primo feretrum sancti Waningi anno 1199. Occurrit adhuc anno 1200 in tabulario Urbi-Campi.

**VIII.** R . . . reperitur anno 1231 in tabulis ecclesie Noviomensis.

**IX.** Thomas, ex canonico sancti Quintini Bellovacensis, primum Hamensis prepositus, deinde abbas creatus est, occurritque in instrumentis anno 1242. De eo vetus necrologium Quintiniano Bellovacensis his verbis: *Obiit Thomas abbas Hamensis, canonicus noster.* Iuerat inter utramque abbatiam pia societas, qua defunctis fratibus succurrebatur mutuis precibus. Hinc in eodem necrologio ad III id. Jun. *Commemoratio omnium canonicorum Hamensis ecclesie cum novem lectionibus, & Beati immaculati, & una præbenda.*

**5** Rogerius occurrere dicitur in charta anni 1242, qua Odo toparcha Hamensis concedit monasterio curtem & terram *de Forest*. Sed contendi R. P. *Siquier* Rogerium in illa charta nomen esse prepositi, non abbatis, cuius nomen, ait ille, supprimitur.

**X.** Petrus I, obediensiam spondidit ecclesie

Charta XI.  
col. 374.

Chart. XV.  
col. 377.

Noviomensi anno 1250, mense Augusto. Reperitur adhuc annis 1263, 1267 & 1270.

XI. Johannes *Faber*, fidem juravit episcopo Noviomensi anno 1271. Sedebat adhuc anno 1277. Johannes Hamensis dominus concessit ipsi in perpetuum molendina orbis cum eorum banno & juribus, sub anno censu quinquaginta librarum Parisiensium, possidenda. Obiit ex necrologio S. Bartholomaei Noviomensis XVII cal. Decembris.

XII. Gobertus, societatem precum iniit anno 1304 cum abbata S. Bartholomaei Noviomensis. Occurrit adhuc anno 1307.

XIII. Hugo II, obsequium vovit episcopo B Noviomensi anno 1316, mense Novembri. Sedebat adhuc anno 1317.

XIV. Petrus II, composuit anno 1330 cum Odone Hamensi dynasta; contulit anno 1336 morticini beneficium terris canonicorum sancti Bartholomaei Noviomensis.

XV. Guillelmus II, fidem vovit episcopo Noviomensi anno 1337, mense Octobri. Innotescit adhuc ex literis anni 1351 quibus subscripsit, in chartulario Noviomensi relatis.

XVI. Henricus *Moset*, juramentum praestitit Aegidio episcopo Noviomensi; occurritque in instrumentis anno 1371. Sub ejus praefectura, C anno 1382, denuo reclusa est capsula S. Waningi a Jacobo de Vallibus priore monasterii.

XVII. Johannes III, annumeratur abbatibus Hamensibus in regeſto parochiae S. Petri Hamensis, circiter annum 1385.

XVIII. Adrianus, transegit anno 1389 cum capitulo S. Fursi Peroniensis super decimatu de *Buache*.

XIX. Petrus de *Pestru*, pactum iniit anno 1410 cum decano & capitulo sancti Quinini Veromanduenſis, quibus loco duorum modiorum vini, solutum se promissit quatuor libras Parisiensis, supra curtem de *Oigny* percipiendas. Occurrit adhuc anno 1447. Sub eo monasterium Hamense a Burgundis Flandrisque misere attritum est.

XX. Raimundus I, reperitur in instrumento anni 1450.

XXI. Petrus IV, sedebat anno 1454. Huic Paulus II papa licentiam fecit anno 1469 mitra & aliis pontificalibus utendi in monasterio & in parochialibus aliisque ecclesiis, ad nos, iniquit chartae domesticae, communit vel divisi pertinetibus, quamvis nobis pleno jure non subsint; necnon calices, corporalia, pallas nostras, & alia ornamenta ad divinum cultum in monasterio & ecclesiis praedictis necessaria consecrandi.

XXII. Raimundus II, subscripsit, an. 1479, tabulis installationis Fursi le *Maire* abbatis sancti Bartholomaei Noviomensis; memoratur, anno 1481, in tabulario Montis-Reynaldi prope Noviomum; dissidia quaedam sedavit anno 1487 cum Maria Luxemburgensi, Hami domina. Occurrit adhuc anno 1492.

XXIII. Johannes *Roquier*, ex procuratore monasterii factus abbas, pepigit anno 1492 cum abbate Praemonstrati super duobus modis fru-

menti quotannis monasterio suo solvendis a Praemonstratensibus.

XXIV. Petrus *Dupleſſis*, sedebat anno 1500; adiit XIV calend. Maii, anno 1504, translationi sanctae Godebertae virginis; plurima in commodum abbatiae suae concessit anno 1514.

XXV. Nicolaus, reperitur in instrumento anni 1521.

XXVI. Johannes *Buquet*, regularium ultimus, sedebat anno 1524; obiit ante v id. Junii anni 1532.

XXVII. Silvanus *Louan*, doctor forbonicus, primus abbas commendatarius, praerat prid. non. Decembr. anni 1532. Obiit anno 1534, ante XIV cal. Januar.

XXVIII. Ludovicus de *Bourbon*, cardinalis, natus in ipsa urbe Hamensi, parentibus Francisco Borbonio Vindocinensi & Maria Luxemburgensi, abbatiam Hami tenebat mense Januario anni 1533, id est 1534. Ludovicum hunc confuſe ac permille accepit pro Carolo archiepiscopo Rotomagensi R. P. *Lebbe* canonicus regularis, parochusque Hamensis, in praefatione sua ad vitam S. Waningi. Praerat adhuc Ludovicus anno 1542, tunc episcopus Laudunensis; obiitque anno 1557 archiepiscopus Senonensis, sed abbatiam Hamensem abdicaverat.

XXIX. Nicolaus *Rodolſſi*, cardinalis, praerat anno 1547. Obiit Romae cal. Februar. anno 1550.

XXX. Antonius *Caraccioli*, ex principibus Melphae, regularem professionem voverat anno 1538 inter canonicos sancti Victoris Parisiensis, quibus anno 1543 datus est abbas; factus postea anno 1551 episcopus Trecentis & abbas Hamensis. Sed anno 1561, in haereseum lapsus, caruit beneficiis.

XXXI. Guillelmus *Viole*, episcopus Parisiensis, praerat IV id. Januar. anno 1562, quem tertio aperta est capsula sancti Waningi. Obiit IV non. Maii, anno 1568.

XXXII. Petrus *Dreux*, canonicus & major archidiaconus in ecclesia Parisiensis, consiliariusque in Parlamento Parisiensis, praerat an. 1568. Obiit XV cal. Decembr. anno 1583, sepultus in sacello sancti Jacobi ecclesiae Parisiensis cum hoc epitaphio.

#### DEO. OPT. MAX.

*Petri Dreux Piclaviensis, Hamensis canobiarchoe, hujus insignis ecclesiae canonici, & majoris archidiaconi, religione, prudentia, doctrina, morum suavitate ornatiſſimi, omnibus piis bonisque gratiſſimi & carissiſſimi, qui dum tribus Parisiensibus episcopis per annos XXXI vicariam operam summa integritate eximiaque vigilantia penulit, generalemque ecclesiae Gallicanae procuratorem, singulari omnium voto delectus, maxima fide, incredibili diligentia, & admirabili dexterritate, miro ecclesiastici ordinis applituſu per annos XII obiit felicissimo; dumque pertinaci studio & praesentis animi magnitudine in rem publicam incumbit, de privatis interim commodis & valetudine minus quam deceret sollicitus, in morbum incidit ex se non valde lethalem, ex eventu, languiscentibus mirum &*

B b b b iij

*fractus inde viribus corporis imbecilli, assiduis curis laboribusque fracti, & morte placida, vitæque simillima, suisque nimium luctuosa, diem extremum constanti & aequo animo anno ætatis quinquagesimo tertio, reparatae salutis humanæ MD LXXXIII. xv. cal. Decembr.*

XXXIII. Nicolaus *Duval-de-Fontenai*, consiliarius in Parlamento Parisiensi, abbatiam tenebat IV non. Jun. anno 1586. Obiit non. Septembr. anno 1603, abbas item sancti Vincentii Silvanectensis.

XXXIV. Nicolaus *Lefcalopier*, referendarius apollolicus, regi ab eleemosynis, & eques Melitenfis, abbatia donatus est anno 1605; obiitque IV id. Aug. anno 1627.

XXXV. Armandus-Johannes *Dupleffis de Richeheu*, cardinalis, præerat anno 1628. Eo assentiente, abbatia adjuncta est congregationi Gallicanæ canonicorum regularium VIII cal. Jun. anno 1641. Obiit prid. non. Decembr. anno 1642.

XXXVI. Petrus *Dubuisson*, filius Alexandri *Dubuisson* gubernatoris Hamensis, abbatiam adeptus est anno 1642, mensè Decembri; præeratque adhuc cal. Octobr. anno 1651. Sub eo capsâ S. Waningi quarto aperta est.

XXXVII. Ludovicus *Fouquet*, episcopus Agathensis, possessionem inivit v id. Decembr. anno 1659. Eo præsidente, corpus S. Waningi e veteri capsâ in ditorem translatus est anno 1695, & ultimo feretrum sollemniter reclusum est anno 1696; indeque costa extracta, quæ solenni supplicatione in ecclesiam Elmeriaci transportata est. Obiit anno 1702.

XXXVIII. Humbertus *Anclin*, abdicato episcopatu Tutelensi, abbatiam Hamensem obtinuit anno 1702, fatis sanctus anno 1720.

XXXIX. Alexander-Antonius *du Foudras-de-Chateau-Thiers*, major marescallus ordinis Melitenfis, abbatiam adeptus anno 1721, mensè Januario, obiit III id. Octobr. anno 1730.

XL. Renatus *de Sefmaisons*, Namnetensis, ex societate Jesu, cui nomen dederat, factus eques Melitenfis, ad sacros ordines postea euectus est, obtinuitque abbatiam B. Mariæ majoris, diocesis Piclavienfis; ac prioratum S. Stephani *de Pardailan*, diocesis S. Poncii Tomeriarum. Fuit etiam vicarius generalis episcopi Piclavienfis, regique ab eleemosynis, ac deputatus ad comitia cleri Gallicani annis 1725 & 1730. Donatus est anno 1727 abbatia S. Clementis Metensis. Designatus anno 1731 episcopus Suesionensis, episcopatum cessit, & abbatiam Hamensem obtinuit eodem anno, mensè Junio. Obiit IX calend. Jun. anno 1742.

XLI. Augustinus-Cæsar *d'Hervilly-de-Devoix*, episcopus Boloniensis, abbatiam obtinuit nominatione regia, v non. Jul. anno 1745.

S. ELOI-FONTAINE.

S. ELIGII-FONS.  
Olim CALNIACUM.

Quæ medio circiter duodecimo seculo translata est ad S. Eligii-Fontem primo lapide ab urbe Calniaco versus Hamum, ubi etiamnum

perleverat sub Gallicana congregatione, abbatia canonicorum regularium, olim Arrotozæ obnoxia, ea prius posita erat in ipsius Calniaci basilica B. Mariæ, fundatoribus perinde ac tempore fundationis ignotis. De illa enim ecclesia nihil antiquius habemus literis Radulphi, Veromanducorum comitis, quæ sic habent: *Ego Radulfus, comes Veromanducorum, omnibus sanctæ Dei ecclesiæ filiis in perpetuum. Ecclesiam B. Mariæ Calniacenfis, quæ in castello & dominio meo, Deo auctore, sita est, me tutari & manu tenere divini iudicii timor jure compellit, &c.* Monasterium illud privilegiis decoravit summi pontifices Innocentius II, Eugenius III, Adrianus IV, Alexander III, Clemens III; beneficiis auxerunt S. Ludovicus & Philippus pulcher reges, toparchæ *de Venduil & de Sailly*, maxime vero Philippus comes Flandrensis & Veromanducensis, qui eidem cœnobio omnia quæ habebat Calniaci molendina concessit anno 1185; denique episcopi Noviomenses, qui undecim altaria concesserunt. Ad veterem monasterii sedem quod spectat, data est, illa anno 1617, RR. PP. Minimis, qui & anno 1621 accepterunt in dotem prioratum B. Magdalene de Villa-selva, seu de Villa-silvæ, una leuga ab Hamo distantem, & abbatie Vizeliacensi obnoxium, quem tenuerat olim in commendam famulosus ille Theodorus de Beza Calvini sectatorum cooperatore. Porro prioratus hujus donationem confirmavit PP. Minimis Gregorius XV papa anno 1622; eorum vero in resectorio legitur hoc distichon:

*Abbas coluere diu, me dirit atas,  
Instaurant Minimi, variant sic omnia casus.*

Pauca hæc collegimus de monasterii S. Eligii-Fontis historia; nec multo plura de abbatibus.

#### SYLLOGE ABBATUM.

**B**ALDUINUS, sedit ab anno circiter 1130 ad annum circiter 1139, quo tempore factus est abbas Castellionis in diocesi Lingonensi, futurus postea episcopus Noviomensis. De eo diximus supra col. 1002, & tomo IV col. 772.

II. Alulfus, prius Noviomensis archidiaconus, factus abbas, accepit a Simone Noviomensi episcopo, cui in primis carus erat, aliquot altaria. Ad eum exstat rescriptum Innocentii II papæ datum anno 1139, aliud Eugenii III datum anno 1147, tertium Adriani IV datum anno circiter 1155. Regimen ejus producant Samaritani ad annum usque 1189; qua in re deceptos esse constat. Sedebat tamen adhuc anno 1161 ex chartis authenticis *D. de Gaiguières*. Sub eo abbatia ex oppido Calniaco ad sancti Eligii-Fontem translata est.

III. Rainerus, sedebat anno 1162 ex chartis authenticis *D. de Gaiguières*. Ad eum Alexander III papa duplex direxit diploma, alterum datum apud Senones, alterum apud Montem-pestulanum. Eidem anno 1182, Rainaldus episcopus & Johannes decanus Noviomensis, iudices a sede apostolica delegati, decimas de *Brai* adjudicarunt. In instrumento anni 1185 dicitur *olim abbas Calniaci*; unde colligitur abdicasse, nam visisse dicitur usque in annum 1191.

IV. Arnulfus, aliis Radulfus, sedebat an. 1185, A

quo accepit a comite Veromanducorum molendina Calniaci. Eodem anno dedit ad censum 3000 halemum praximum Falefia, presentibus Fulcone abbate B. Mariae de Ruffellivilla, Odone abbate sancti Vulnari Boloniensis, Richardi abbatis Belli-loci, Thoma decano Boloniensi, &c. Subscriptum an. 1193 literis quibusdam Eleonore comitisse Veromanducensis. Occurrit adhuc annis 1196 & 1199 in tabulis Urli-Campi.

V. Simon I, occurrit in instrumentis ab anno 1202 ad annum 1228. Adfuit anno 1203, B  
 mense Maio, visitationi reliquiarum sancti Medardi factae ab Odone Parisiensi episcopo. Ille est procul dubio, cujus manea legitur subscriptio apud Marten. collect. amplif. tom. 1. col. 1044, in hunc inodum: *S. abbas S. Eligii*..... id est S. Eligii-Fontis.

VI. Johannes I, occurrit annis 1233 & 1248.

VII. Albericus, obedientiam vovit an. 1250 episcopo Noviomensi. Legitur struxisse molendinum *ad tanicum* ( seu *tanum* ) & *oleum* apud Calniacum. Accepit annis 1253 capellaniam fundatam in nosocomio Calniaci. Consentit an. 1258, erectioni parochiae in pago de *Commenchon*, cujus dotator Petrus de *Viry* miles.

VIII. Bartholomaeus, occurrit anno 1261; transiit, anno 1269, cum Ermengarde abbatissa Ferguensis; anno 1272, cum aliis.

IX. Simon II, sedebat annis 1274 & 1276.

X. Thomas, anno 1279.

XI. Balduinus II, reperitur anno 1296. Composuit anno 1303 cum Hodierna abbatissa Monasterioli, anno 1305 cum Garero abbate Corbeiceni, anno 1309 cum Johanne *Civrel* abbate Hunollarensi. Amovit cum a regimine cenobii Fulcaudus episcopus Noviomensis anno 1321.

XII. Johannes *Moyset*, de cujus electione fratres scriperunt ad Johannem abbatem Arrasie anno 1322 inveniunt, quadam permutavit, an. 1338, mense Decembri, cum monialibus Regalis-loci; sedebat adhuc anno 1340, mense Augusto.

XIII. Hugo, occurrit anno 1349, mense Augusto.

XIV. Viardus, praeerat anno 1361; consentit anno 1363 institutioni fratrum ac fororum nosocomii Calniacensis; sedit usque ad annum 1390.

XV. Jacobus I, diploma pontificum accepit anno 1394, a Petro de Luna pseudo-papa Avenionensi, etate adhuc in vivis anno 1397.

XVI. Robertus *Maillard*, transiit an. 1398 cum majore & juratis de capellania nosocomii Calniacensis, & anno 1401 cum Alienora de *Raymont* Monasterioli abbatissa. Sedit in annum saltem 1420.

XVII. Simon *le Bon*, occurrit annis 1422 & 1428.

XVIII. Petrus *Regnier*, an. 1445 & 1472, mense Maio.

XIX. Ludovicus *le Noble*, factus abbas vi-

ente decessore suo, rexit brevi tempore.

XX. Johannes de *Railiancourt*, bello imminente secessit Calniacum, anno 1472 cum suis.

XXI. Jacobus *d'Arson*, liceram abbatiam nactus est anno 1477. Ejus assensu cenobium S. Crucis translatum est anno 1486 ex pago de *Conclran* in urbem Calniacum. Quid sit autem cenobium illud sanctae Crucis prolixus ignoramus.

XXII. Johannes *Caufourrier*, sedebat anno 1500; adfuit Noviomni, an. 1504, translationi sanctae Godebertae, & anno 1505 benedictioni Jacobi *Paillard* abbatis S. Bartholomaei Noviomensis, celebratae Calniaci in ecclesia S. Martini, praesente Jacobo abbate Geniacensi. Obiit x cal. Jun. anno 1518.

XXIII. Martinus *Baucher*, Francisco I regi a consiliis & elemosynis, ultimisque regularium, sedebat cal. Jun. anno 1527; potestatem fecit, anno 1532, monialibus S. Clarae parthenonem aedificandi apud Calniacum. Possedit etiam abbatias S. Johannis Carnotensis, & S. Vincentii in nemore. Abdicavit in gratiam sequentis.

XXIV. Carolus *le Poullhee*, protonotarius apostolicus, thesaurarius S. capella: Bituricensis, & reginae Navarrae ab elemosynis, primus abbatiam C obtinuit in commendam. Praerat anno 1539.

XXV. Claudius *Sublet* I, praepositor & summus elemosynarius Elisabethae regis Caroli IX, possessionem adeptus est xvii cal. Aug. anno 1566.

XXVI. Ludovicus *Chicomereu*, canonicus Carnotensis, deinde archidiaconus Dunensis, praeerat anno 1574. Cum ejus licentia RR. PP. Minimi conederunt, anno 1617, Calniaci eodem in loco ubi prius posita erat abbatia. Abdicavit an. 1620, extinctus vii cal. Jul. an. 1628.

XXVII. Claudius *Sublet* II, regi a consiliis & elemosynis, avunculo cecenti successit, praefuit D in decennium.

XXVIII. Petrus *Sublet*, ex dominis de *Heuducourt*, regi a sanctioribus consiliis, abbatiam adeptus est anno 1630, in quam, anno 1639, patres reformatos congregationis Gallicanae admittit. Sponte cessit anno 1658.

XXIX. Eustachius *le Secq*, praeerat an. 1658, mense Maio.

XXX. Augustinus *Languet*, regi ab elemosynis, canonicus ecclesiae Cabilonenfis, priorque Flesleii, Albiniaci, ac B. Mariae de *Fouvent*, factus abbas anno 1662, abdicavit, aut contendit de abbatia cum sequenti. Obiit anno 1670.

XXXI. Bernardus, aut Barnabas *Mainard-de-Belle-Fontaine*, consiliarius in majori consilio, abbatem se gerebat anno 1666.

XXXII. Michael *Puuet-de-la-Riviere*, abbatiam adeptus anno 1676, obiit Uteicensis episcopus anno 1728.

XXXIII. .... de *Chevrieres*, canonicus Lugdunensis, regique ab elemosynis, designatus est abbas anno 1729, mense Januario.

XXXIV. .... *Krasinski*, reginae Poloniae ab elemosynis, abbatiam obtinuit anno 1738, mense Aprili.

ORCANP.

## URSI-CAMPUS.

**L**ocus erat in Elga silva super Ifaram amnem, ab Urfo quodam, qui si fides tabulis ibi latibulum fixerat, *Urfi-Campus* dictus. Fabelam, si vacat, lege apud Vafforium, pag. 830. Relege etiam superius in Wandelmaro episcopo concilium Noviomenfe anni 814, in quo locus ille non *Urfi-Campus*, sed *Urbs-Campus* dicitur; nisi mavis in Urfi-Campo *Urfum* nomen esse hominis, non ferre. Sed quidquid fit de vera nominis hujus etymologia, lterat olim eo loci vetus monasterium S. Eligio antiftiti nuncupatum, quod IV id. Decembris, anno 1129, ex annalibus ordinis Ciftercienfis, & chronico Nangii, Simon Noviomenfis epifcopus refuscitavit fub patrocinio Deparæ Virginis, accitis hanc in rem e Clara-Valle monachis, quibus anno fequenti, firmata fundatione, metas ac terminos assignavit. Locum ita defcribunt veteres tabule: *Eft locus, inquit, ingenti admodum & larga planitie fitus, nemorofus, pratis amœnus, aquis dulcibus atque per lucidis irriguus, ut pote quem in modum infule Ifara magni nominis placido meatu circumdat fluvius: diftat autem a matre fua Clara-Valle, quæ illam quæfti inchtam edidit prolem, iuncte quatuor dierum. Ibidem & Simon piiffimus fundator, & Balduinus II, Balduinus III, Rainaldus, ac Stephanus, proximi fucceffores ejus, feptulsi funt. Opuientiam hujus abbatiæ, inquit Manricus annalium ordinis fcriptor, commendat libri cameræ apoftolicæ, perducta taxa ad florenos mille octingentos, quos vix pingues perfolvunt epifcopatus. Tradunt enim vixisse olim apud Urfi-Campum centum viginti monachos choro addictos, præter quadraginta converfos. Certe ex Vafforio, pag. 833, Angli quædam anno 1358 irruiſſent in monasterium, abduxerunt fecum inde equos 423, equas & equulos plus quam 200, cornuta animantia 552, lanigeras pecudes 8000, porcos 800, &c. Sed ad fingulos abbates feftinemus.*

## NOMENCLATURA ABBATUM.

**I.** **W**ALERANNUS de Baudemont, filius Andree de Baudemont ſeneſcalli Campaniæ & Briæ ſub Theobaldo magno comite, & Agnetis de Brana, ex abbate laico Sparnaci, diceceſis Remenſis, factus anno 1128 Clarevalleniſis monachus, mittitur anno ſequenti a S. Bernardo cum duodecim monachis ad Urſi-Campum, futurus ejuſdem loci proto-abbas, & poſt aliquot annos abſoluta eccleſia, eam dedicari obtinuit an. 1134 a Reginaldo Remeniſi archiepiſcopo, præſentibus plerique ſuffraganeis. Eodem anno accepit ab Abſalone abbate S. Amandi in pabula, terram Manſetiærum & Vaduſorum. Anno ſequenti monaſterio Belli-prati, diceceſis Bellovaceniſis fratres deſtinavit, quibus abbatem præfecit Petrum monachum Urſi-Campi. Anno 1136, abbatia Frigidimontis, ejuſdem diceceſis, ſubjicitur Urſi-Campo, unde primum abbatem aſſumſit Manafſem. Anno 1137, de conſenſu capituli generalis, abbatia Mortui-maris, diceceſis Rotomagenſis, olim filia Pini, eidem Urſi-Campo

A fuit attributa. Anno ſequenti, Ludovicus VII rex monaſterii fundationem confirmavit. Anno 1140, Walerannus obtinuit a Radulfo comite Veromanduenſi pedagogiorum immunitatem. Obiit IV cal. Jun. anno 1142, dolore lateris correptus, in monaſterio Igniaci, ubi ſepultura donatus eſt.

**B** H. Herveus de Baugenci, filius Radulfi toparchæ Balgeniaci ad Ligerim, & Mathildis, quæ foror erat Simonis Veromanduenſis, hujus loci fundatoris. De eo Vincentius Bellovaceniſis ſpec. hiſt. lib. 17, cap. v, in hæc verba: *Quom B. Bernardus eſſet aliquando in urbe Noviomo, in domo Simonis epifcopi, adductus eſt ad eum Herbeus de Baugentio, puer admodum gratioſus, ortus ex regio ſanguine, & ipſus epifcopi nepos; de quo, ſequenti nocte, famulo ſuo Chriſto oſtendit quod erat poſt longa tempora futurum. Si quidem videbatur ſibi, tamquam in miſſarum celebratione, angeſco cuidam pacis oſculum dare, quod ad puerum deſerret. Nec dubius de revelatione eundem Herbeum renunciarum ſeculo, & ſuorum aliquando devotum Chriſti famulum promittebat. Quem poſtea Walcrannus, primus abbas Urſi-campi, monachum fecit, & angeliſis ſanctus officio, pacem, quam ex ore patris ſancti ſuſceperat, communicavit Herbeo, qui etiam prædicto Walcranno in regimine Urſi-campi eſtiffit. Obiit menſe undecimo præfecturæ ſuæ, prid. id. Maii, anno 1143, ſepultus in capitulo.*

**C** III. Gilbertus, natione Anglus, perluſtratis Angliæ & Franciæ celeberrimis, maxime vero Toſolana & Pariſienſi academiis, in quibus ſummos honores aſſequutus eſt, tranquillioris vitæ deſiderio allectus, Urſi-campum ſeceſſit, ubi omnium calculis Herveo ſuſſectus eſt, anno 1143. Sub eo dicitur inceptum, anno 1154, majus monaſterii templum, opem ferente Oda, Raugæ caſtellana; quod tamen anno duntaxat 1201, prid. id. Octobr. dedicatum eſt. Tranſiit Gilbertus, anno 1163, ad matrem totius ordinis abbatiam Ciftercienſem. Indicem operum ejus cum elogio magnifico habes in bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciftercienſis, pag. 115.

**D** IV. Robertus, electus anno 1163, eodem anno deſunctus eſt.

**E** V. Stephanus I, ex abbate Mortui-maris ad matrem Urſi-Campum tranſlatus anno 1164, ibidem ſedeſat adhuc anno 1167. Poſtea tranſiſſe dicitur ad Ellantium, reverſus inde, abdicatis præfecturis, ad Mortuum-mare, ubi & diem ſupremum clauiſt.

**F** VI. Odo ſucceſſiſſe traditur Stephano anno 1167, rexiffeque ad annum 1170. Hunc ſcribit Manricus ad dignitatem cardinalatus aſſumtum fuiſſe. Quod ſi non eſt diſtinguendus ab eo Otone qui dicitur in bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciftercienſis, pag. 210, abbas fuiſſe Urſi-campi & Grandis-ſilvæ, tunc creatus cardinalis anno 1244, ac demum extinctus anno 1273, male collocatur Stephanum inter & Guidonem.

**G** VII. Guido, frater Sagonis de Milliac, ex charia Belli-prati, electus dicitur anno 1170. Pacem compoſuit, anno 1178, inter capitulum Bellovacenſe & monaſterium Caroli-loci. Accipit anno ſequenti, a comite Suſſionenſi, terram arabilem

Chart. XIV. col. 175.



arabilem in territorio de *Seffars*. Transiit ad *Clara-vallem* anno, ut creditur, 1195.

VIII. Hugo, monachus Ripatorii, factus abbas anno 1195, exiit ad annum 1197.

IX. Balduinus I, sedebat anno 1197; pepigit anno 1205 cum abbate sancti Bartholomaei Noviomensis; anno 1206 cum abbate & fratribus sancti Crispini in Cavea; & anno 1210 cum abbate sancti Geremari. Obiit anno 1211, sepultus in capitulo. Distingendus non est ab illo Baldo abbate Urli-campi, qui interfuisse legitur visitationi sancti Medardi Sueffionensis, factae anno 1203, mense Maio, ab Odone Parisiensi episcopo, de mandato Innocentii III papae.

X. Johannes I, reperitur anno 1212. Arbitrator pacis electus est anno 1220, mense Novembri, inter ecclesiam Sueffionensem & abbatem Compediensem. Occurrit adhuc mense Februario anni 1221, id est 1222. Vide Radulphum II, abbatem sancti Eligii.

XI. Albertus, seu Albericus, occurrit anno 1224; ratum habuit anno 1225, venditionem factam ab abbate & monachis Frigidimontis monasterio sancti Dionysii. Eodem anno, unius ex sancti Maurii sociis ossa ad Urli-campum allata sunt, & in theca ab episcopo Noviomensi reposita.

XII. Drogo, occurrit anno 1230 in charta Trimum-Fonium; factus, anno 1233, abbas *Clare-vallis*.

XIII. Guillelmus I, electus anno 1233, chori subsellia cum sacellis pone majus altare construxit. Assensus est, anno 1241, cooptationi monialium Moniaci-Petrofi in ordinem Cisterciensem. Obiit v idus Januarii, anno 1256, id est forte 1257, sepultus in capitulo ante gradus praesidentis.

XIV. Aegidius I, occurrit anno 1260. Cessit mense Februario anni 1261, id est 1262, Dionysianis monachis quosdam decimas apud *Balhisium*, ob concessum sibi manerium & agros in territorio *Stratz*. Paulo post Romam profectus est, partes Jacobi II, abbatis Cistercii, defensoris contra Philippum abbatem *Clare-vallis*, qui Jacobi electionem impugnabat, quod a suis priore & monachis Cisterciensibus facta esset, non vocatis quatuor primis abbatibus ordinis. Hinc emissis in Aegidium suspensio ab administratione honorum temporalium Urli-campi. Numquam tamen recessit ille; sed ad finem & exitum negotii contra Philippum conatus, sivoris & odii in Jacobum non leviter suspectos, hujus partibus adhuc intrepidus. Obiit anno 1265.

XV. Joſbertus, occurrit annis 1265 & 1271.

XVI. Guillelmus II, composuit anno 1276, mense Novembri, cum Mathaeo abbate & monachis Dionysianis. Obiit 11 nonas Decembris, anno, ut creditur, 1289, conditus in capitulo cum Joſberto sub uno eodemque lapide.

XVII. Johannes II, occurrit anno 1289.

XVIII. Aegidius II, jacet in capitulo cum

*Tomus IX*

hoc epitaphio: *Hic jacet pie memoria Aegidius, hujus ecclesiae abbas decimus-octavus.*

XIX. Stephanus II, reperitur anno 1296.

XX. Johannes III, dictus *Archaneus*, doctor theologus, occurrit ab anno 1299. Obiit v calendis Aprilis, anno 1312, id est forte 1313.

XXI. Nicolaus I, sedebat anno 1318, mense Octobri, ex thesauro chartarum regiarum. Vendidit, anno 1330, monialibus Salvatorii aream vernacule dictam *les Voyaux*, 4522 libris Parisiensibus. Sedebatque adhuc anno 1332, mense Julio, ex tabulis Frigidimontis. Jacet in ingressu capitulo.

XXII. Petrus I, occurrit annis 1342 & 1346, mense Novembri. Hic ille est fortasse Petrus de *Orchies*, qui jacet in capitulo cum Johanne de *Brugellets* sub eodem marmore.

XXIII. Nicolaus II, desinitur capitulo anno 1357, obiit xv calendis Martii. Is est fortasse Nicolaus de *Flamerville*, sepultus cum Nicolao I sub eodem lapide.

XXIV. Johannes de *Brugellets*, vernacule de *Vingettes* fessisse dicitur anno circiter 1373. Jacet in capitulo.

XXV. Johannes de *Nigella*, vir piissimus. CXXVI. Johannes *Pwart*, monachus Ellantii, deinde abbas *Gardi*, Urli-campum regeret anno 1412, quo adiit capitulo generali. Perrexit postea ad concilium Constantiense, inter primarios Martini V electores adnumeratus, summumque pontificem a concilio Romani proficentem comitatus, ab eo tam vii quam successores usum pontificalium obtinuit, bulla data *Genevae* in *Sahaudia*. Adiit eiam, anno 1424, concilio Senensi, & anno 1428 transiit ad Cistercium, ubi primus, ex scholis Urli-campi, usum carniam vel invezit, vel sicutem gliscentem toleravit.

XXVII. Balduinus II, extinctus anno 1441, sepultus est in ingressu capitulo.

XXVIII. Johannes *Raton*, dictus etiam de *Cary*, aut forte, de *Clary*, theologie professor, obiit iv calendis Martii, anno, ut creditur, 1459, id est 1460, conditus in capitulo.

XXIX. Theobaldus de *Luxembourg*, filius Petri comitis sancti Pauli, extincta uxore Philippa de *Melan*, monachus factus, abbas legnaci & Urli-campi tenuit, ex quibus ad episcopos *Senonensium* electus est, retenta tamen sibi abbacia Urli-campi, confirmante Paulo II papa, anno pontificatus sui secundo, ex regellis Vaticanis, id est anno 1465 aut 1466. Obiit cardinalis designatus anno 1477. Sub eo in orta est cum Johanne de *Roie*, anno 1464, de capite sanctae Annae, quod Johannes pater Mathaeus de *Roie* testamento legaverat, Guidoque filius ejus natu major confirmaverat; sed Guidone mortuo, quem frater ejus Johannes dare abnoverat, iterum agitata est causa anno 1480, seu potius Parlamenti Parisiensis consilio Johannes sacrum caput tradere coactus est, quod tandem in theca argentea inaurata, a Theobaldo

olim tradita, inclusum est. De Theobaldo plura in episcopo Cenomanensibus.

† Extincto illo, cardinalis *Agrienfis* abbatiam Urli-campi obtinuisse videtur. Vacantem vero illam per obitum ejusdem cardinalis, qui contigit in curia Romana, Innocentius VIII papa Jacobo *Bouquet*, ordinis Cisterciensis olim in curia Romana procuratori, tunc vero episcopo Nucerenfi, concessit. Sed inde exorta lis est inter eundem Jacobum ac Nicolaum *Daubenton*, ejusdem ordinis monachum, qui a monachis Urli-campi electus fuerat. Mortuo interim Nicolao, Alexander VI Jacobo rursus abbatiam consulti in commendam; monachi vero Nicolaum *Boutri* elegerunt, cui tandem Jacobus in gratiam ordinis cessit anno 1496, beneficium aliud apud Italos in compensationem aucepaturus.

XXX. Nicolaus *Daubenton*, ex provitore collegii Parisiensis, invito abbate Cistercii affinitus in abbatem, deponitur a capitulo generali anno 1488, eique subrogatur *Geraldus* prior Moniaci, qui jure suo cessit, ut patet ex hoc ejus epitaphio: *Hic jacet venerabilis vir religiosus hujus monasterii professor frater Geraldus le Caron, prior prioratus de Moniaco Petroso, veritatis amator, hujus monasterii quondam electus, qui suo juri cessit Domino Nicolao Daubenton. Obiit 29 Decembris anno 1511.* Nimirum a capitulo depositus Nicolaus, appellato summo pontifice, sine minus episcopum Nucerensem, at saltem Geraldum summoverat. Ejus temporibus caput sanctæ Annæ, ex Hungaria olim a Matthæo *de Roie* allatum & legatum sacello majorum suorum apud Urli-campum, translatum est e Carolo-Ponte, ubi depositum fuerat, ad Urli-campum, a Guillelmo *Marasin* episcopo Noviomenfi, comitantibus sancti Eligii & sancti Bartholomæi abbatibus. Sepultus est Nicolaus in capitulo sub hac epigraphe: *Hic jacet veneranda circumspicionis & prudentiæ D. Nicolaus Daubenton, hujus ecclesie abbas trigessimus, & jurium hujus monasterii defensor magnificus. Obiit 28 Maii anno 1493.*

XXXI. Nicolaus *Boutri*, ex monacho & procuratore Urli-campi, factus abbas Vallis-regis, rediit ad Urli-campum electus abbas anno 1493, præfidente abbate Longi-prati, confirmante abbate Claræ-vallis, renitente tamen, sed tandem assentiente, anno 1496, episcopo Nucerenfi, de quo diximus supra. Cessit anno 1514, senio confectus, annua pensione reventis; nec multo post defunctus, tumulatus est in capitulo sub hoc epitaphio: *Quiescit R. P. Nicolaus Boutri, virtutibus clarus, qui dudum de Valle regis 12, inde hujus cenobii 21 annis regimini unitate præfuit. Ad calum migravit 1514 (id est 1515) Martii ultima die.* Sed quod dicitur in epitaphio illo rexisse Vallem regiam annis duodecim, cancellari non potest cum chronologia abbatum illius monasterii. Fortasse non anni duodecim legendi, sed anni tantum duo, nimirum ab anno 1490, aut 1491, ad annum 1493, quo transit ad Urli-campum.

XXXII. Nicolaus *Parent*, monachus loci,

A & prior Moniaci, tum hospitii sancti Nicolai Compendiensis, electus abbas unanimi omnium voce, calum, Aprilis, anno 1514, id est 1515, præfidente Thoma abbate Vallis-celle, vicario generali abbatis Clarevallis, confirmatus est eodem anno, tam ab abbate Claræ-vallis, quam a capitulo generali. Obiit v idus Martii, anno 1519, id est 1520, conditus in capitulo.

XXXIII. Antonius *Loffroi*, ultimus regularium, jacet in capitulo cum hoc epitaphio: *Hic jacet D. Antonius Loffroi, in sacra pagina baccalarius, hujus cenobii abbas trigessimus tertius, religionem ibidem professus annis 60; virtutibus & literis clarus, totiusque ordinis vices gerens, qui obiit 1556, Augusti 18, cui succedens illustrissimus cardinalis a Bourbonio, hunc erigendam curavit lapidem. Vixit annis 80.*

XXXIV. Carolus *de Bourbon I*, cardinalis, frater Antonii regis Navaræ, archiepiscopus Rotomagensis, & legatus Avenionensis, domum abbatialem ad latus ecclesiæ septentrionalis construxit. Obiit anno 1590. De eo plura in archiepiscopo Rotomagensibus.

XXXV. Carolus *de Bourbon II*, patris archiepiscopatuum & alia amplissima beneficia adeptus, obiit anno 1594. Vide Archiepiscopos Rotomagenses.

XXXVI. Ludovicus *de Lorraine I*, cardinalis *Guisus* dictus, & archiepiscopus Remensis, abbatiam tenebat anno 1616. Obiit an. 1621.

XXXVII. Henricus *de Lorraine*, de quo diximus in archiepiscopo Remensis, abbatiam tenuit ab anno 1621 ad annum 1641.

XXXVIII. Julius *Marzani*, cardinalis, præerat anno 1642; abbatiam permutavit, anno 1651, pro episcopatu Metensi.

XXXIX. Henricus *de Bourbon I*, dux Veruoliensis, Henrici IV regis filius nothus, abbatiam tenuit ab anno 1651 ad annum 1668, quo uxorem duxit.

D XL. Johannes-Casimirus, rex Poloniæ, Sigismundi III Sarmatarum & Suecorum regis, ex Constantia Austriaca, filius, possessionem iniiit per procuratorem idib. Maii, anno 1668. Obiit XIX idus Januarii, anno 1672.

XLI. Henricus *de Bourbon II*, filius Henrici-Julii principis Condæ, & Annæ Palatinæ, dictus comes Claromontensis, nominatus est intra trinitatum, v idus Septembris, anno 1673, ad abbatiam Urli-campi & Boni-portus. Obiit VIII idus Junii, anno 1675.

E XLII. Ludovicus-Henricus *de Bourbon*, frater præcedentis, obiit IX kalendas Martii, anno 1677.

XLIII. Ludovicus *de Lorraine II*, filius Caroli ducis *d'Elbeuf*, & Elisabethæ *de la Tour-d'Avoygne*, obiit anno 1693, mense Februarii.

XLIV. Petrus-Henricus-Theobaldus *de Montmorenci-Luxembourg*, designatus abbas anno 1693, mense Martio, obiit IX kalendas Decembris, anno 1700, summus item præfectus ordinis sancti Spiritus Montpelienfis.

XLV. Renatus *de Mornai-Montchevreuil*,

vicarius generalis cardinalis de *Janfon* episcopi Bellovacensis, abbatum Cella. diocesis Trecentensis, dimisit quando Ursinacum adeptus est 1x calendis Januarii, anno 1700, postea orator apud regem Lusitanic, designatus est anno 1717 archiepiscopus Vesontionensis. Obiit an. 1721.

XLVI. Stephanus-Renatus *Potier-de-Gôres*, episcopus Bellovacensis, dictus abbas XVI calend. Novembris anno 1723, nominatus est episcopus Bellovacensis anno 1728, & designatus cardinalis anno 1749.

FERVA-  
QUÆ.

FAVARCHIÆ, seu FERVAQUÆ,

olim FON-SUMINE,

seu FON-SOMME.

Ch. XVII.  
col. 37<sup>a</sup>.

ANNO circiter 1140 Rainerus dapifer, hoc est Veronandorum scnescallus, & Elisabetha uxor ejus, parthenonem hunc sub linea Clare-vallis condiderunt ad caput fluminis Somene; unde dictus est aliquando *Fons Sumine*, seu *Fons-Somme*. Locus vero conditi monasterii dicebatur vernacule *Fermapes*, quasi a ferventibus, seu ebullientibus ad fcaturingibus aquis, quod nomen etiam nunc apud nos retinet parthenon; quamquam in veteribus chartis non *Ferventes-aque*, sed *Faverchie* passim aut *Favarchie* appellari solet. Sanctus ipse Bernardus, dum Belgicam peragraret, ponticium loci circumscriptum dicitur, & functionales ad novellam hanc plantationem eduxisse e monasterio Laudunensi. Donaverunt autem fundatores terras omnes, silvas, prata, pas-cua que possidebant versus Fontanis, *Wandolina Ribochi-montis domina laudante beneficium: usum item piscationis & molendini in stagnis suis; absolutum in Breviario; & jus presentandi pastoris in ecclesia de Duraco*. Plurima decime, seu latifundia, seu altaria, aut aliisvis generis bona, addidit Ervradus fundatorum filius cum Ermengarde uxore, canonici Quintinopolitani, monachi Praejectini & Humulariensis, varisque variis temporibus regionis illius optinuit.

Locus ille ab origine sua perecebris, & sine-tate & numero tam monistium quem conver-sorum claruit; qui quidem conversi quod fastidiose repellentur vel saltem exciperentur agre in quibusdam Cisterciensium monasteriis, scrip-sit, anno 1232, Radulfus abbas Clare-vallis ad plurimos abbates, ut illi sicut alii fratres orationis retinerentur, & fraterna in Christo dilectione tractarentur. Sed tandem quem succrescente sensim familia, nihil magis accrescerent latifundia vel redditus, in summam egestatem videbantur functionales propius ruitura, nisi serpenti malo remedium praesens adhiberetur. Decrevit ergo XIII calend. Aprilis, anno 1319, id est 1320, Matthaeus abbas Clarevallisensis, quod ibidem essent dimittat in posterum tam moniales quam noviciae & scholares quinquaginta; monachi, capellani, pro-fessi, fratres conversi viginti; sorores conversa decem.

Anno 1557, medius inter armorum tumultus, combustum est monasterium, aedes soloaequatae, chartarum instrumenta raptâ, cetera mo-

Tomus IX.

nastreri bona dilapidata; ut reduces post serenatampetatem functionales vix laicum suorum sedem repererint. Refarciendis tamen ruinis adlaboraverunt sedulo; sed anno 1580, dum absolvuntur aedes, expugnatur Cameracum ab Andegavensi duce, simul & ille denuo corrumpit. Resede utrunque, tertium distabantur anno 1595. Omnia a fundamentis restituerat, anno 1632, Maria de *Mouthé* abbatissa, quum triennio post Hispanis Picardiam pervadentibus, palantes hac illac montales asylum tandem in suburbio urbis Lutetiae, dicto *le Roule*, quaesierunt, quo & parthenonem suam transferre, & sedem Biant, vel ibidem, vel in alio quolibet urbis loco, deinceps figere impetravit, tam ab abbate Clarevallisensi, quum anno 1643 a rege christianissimo. Concederunt autem in suburbio sancti Germani; sed anno 1648 in Picardiam reduces, Quintinopoli tandem usque in hodiernum diem conditerunt.

#### SERIES ABBATISSARUM.

I. G..... nascenti monasterio praefecta est Anno circiter 1140.

II. Ermengardis I, bullam obtinuit ab Eugenio III papa; selesbat anno 1148.

III. Basilia, selesbat anno 1152; bullam obtinuit anno 1163 ab Alexandro III papa. Occurrit adhuc annis 1171 & 1183.

IV. Maria I, selesbat anno 1186, ex Sam-marthani & Hemerzo, pag. 153.

V. Margareta, reperitur annis 1188 & 1197.

VI. Eustachia, annis 1221 & 1232.

VII. Flaudrina, anno 1257.

VIII. Ermengardis II, ab anno 1262 ad annum 1269.

IX. Maria II, anno 1278.

X. Heselina, annis 1295 & 1304.

XI. Alexandra, anno 1309.

XII. Maria III, anno 1316.

XIII. Guyetta, seu Guyotta, anno 1328.

XIV. Eudelina, anno 1346. Aium Sam-marthani post Hemerzium, *Helinam* sedisse anno 1347, & *Wandelnam* anno 1349. Utraque vero non videtur distinguenda ab Eudelina.

XV. Mathildis, occurrit anno 1356.

XVI. Helvidis, anno 1362.

XVII. Maria de *Rouvoit*, filia Matthaei de *Rouvoit* & Margaretae de *Saint-Simon*, monialis Pisciensis, & abbatissa Fervaquensis, ex hist. genal. magnatum Francie, tom. 4, pag. 396.

E sedere debuit anno circiter 1375.

XVIII. Johanna I, occurrit anno 1399.

XIX. Margareta de *Font-Somme I*, anno 1408.

XX. Johanna II, anno 1410. Sedit tringinta annos.

XXI. Elisabetha *Cassine*, benedicta anno 1440, resignavit anno 1447.

XXII. Roberta *Dubois*, praesuit in annuam circiter 1461.

XXIII. Jacoba de *Poitaine*, seu de *Pontage*, Cccc ij

Ch. XVII.  
col. 38<sup>a</sup>.

sedebat anno 1462; præerat adhuc anno 1485. A

XXIV. Margareta de Font-Somme II, re-  
peritur annis 1488 & 1491.

XXV. Johanna de Hubi, ab anno 1493 ad  
annum 1506.

XXVI. Maria de Breuilli, anno 1507.

XXVII. Nicolaï de Min, anno 1515.

XXVIII. Johanna d'Origni, anno 1530.

XXIX. Francisca de Calandre, anno 1534.

XXX. Gabriëlis de Bethune, filia Roberti de  
Bethune, domini d'Hofstel, & Annæ de Louvain,  
facta abbatissa anno 1556, benedicta est xii  
calendas Julii, anno 1557.

XXXI. Genovefa de Saint-Marc, sedit ab  
anno 1578 ad annum 1613. Obiit anno se-  
quenti, mense Februario.

XXXII. Elisabetha de Thori, cedente Geno-  
vesa, bullas obtinuit xiv calendas Novembris,  
anno 1613.

XXXIII. Maria de Montluc, filia Joannis-  
Alexandri de Montluc Franciæ marescalli, &  
Dianæ d'Estrees, monialisque Pontis-Domina-  
rum, cedente Elisabetha, bullas obtinuit iv cal.  
Decembris, anno 1617. Rexit sanctissime &  
prudentialissime, ex Hemerco. De ea diximus in  
prefatione, & dicemus rursus in duabus proxime  
sequentibus abbatissis. Cessit anno 1647,  
obiitque pridie id. Novembris anno 1669.

XXXIV. Maria-Anna de Lochoorst de Beu-  
nebrucq, sident catholicam ejuravit anno 1655,  
transfuga apud Batavos, & prægnans; sed anno  
1651 transcriptam sibi a Maria de Montluc abbat-  
tissam eidem Mariæ rescripserat; quæ rursus abdi-  
cavit pridie iduum Aprilis anno 1655 in gratiam  
sequeutis.

XXXV. Maria de Cossart-Despiez, monialis  
Origniaci, benedicta est xix calendas Septem-  
bris, anno 1655. Sed quam paulo post desce-  
visset Maria-Anna, in abbatiam quasi vacantem  
per apostatæ fugam, rursus involavit Maria de  
Montluc; quæ tamen, annua pensione retenta,  
cessit anno 1656, mense Januario, in gratiam  
Johannæ Boberel-du-Molend monialis S. Geor-  
gii Redonenfis; at illa, quamvis literis tam regis  
quam pontificis instructa, quamvis possessione  
femel anno 1656, & iterum anno 1661 ca-  
pessita, locum dare coacta est Mariæ de Cossart,  
quæ quomodo restitisset viriliter, dignitatis suæ gra-  
dum tenuit majoris Consilii suffulta consulto v  
calendas Martii, anno 1662. Abdicavit post  
quinque annos in favorem sequentis.

XXXVI. Margareta du-Ménil-Simon-de-  
Beaujeu, monialis sancti Pardulsi, ordinis sancti  
Dominici, bullas obtinuit vi cal. Julii, anno  
1667. Obiit anno 1700.

XXXVII. Henrica-Magdalena des-Roches-  
d'Orange, monialis Paracleti, nominata a rege  
anno 1700, mense Decembris, bullas obtinuit  
anno 1701, mense Julio, & benedicta est xi  
calendas Octobris sequentis in ecclesia nosocom-  
mii regii militum Invalidorum Parisiensis.

## BIACHIA, seu BIACHUM.

BIACHE.

SUB moenibus Perona Scotorum, ad sinis-  
tram fluminis Somene ripam, mansium unum  
indivise possidebant in loco dicto *Biach*, Petrus  
canonicus, cognomine *Querus*, & Furfus *Botte*,  
Burgenses Peronenfes, quæ parthenonis ibidem  
ædificando concesserunt, anno 1235, sanctimo-  
nialibus Braelle, Cisterciensis ordinis & lineæ,  
in diocesi Atrebatensi. Huic donationi accesserunt  
simul non pauca fidelium quorundam aliorum  
beneficia; quæ omnia literis suis confirmavit  
eodem anno, mense Junio, Gregorius IX papa,  
& anno sequenti, mense Maio, sanctissimus rex  
Ludovicus; anno vero 1245 Innocentius IV.  
Atque hæc est monasterii hujus fundatio, cujus  
abbatissæ ad decimum-seximum usque seculum fere  
incognite.

CH. XXIV.  
col. 132.

## INDICULUS ABBATISSARUM.

I. USTILIA, pronisit anno 1236 canonicis  
Noviomensibus, se nihil molituram uu-  
quam, sive in terris, sive in censibus capituli  
absque ejus licentia.

II. G. . . . . occurrit anno 1255.

III. Johanna de S. Simon, filia Francisci de  
C. S. Simon & Magdalenzæ de Refuge.

IV. Catharina de Bouvelles, obiit an. 1576.

V. Margarita d'Estourmel, monialis sancti  
Johannis de nemore apud Compeudium, electa  
xi calendas Octobris, anno 1576, causam vicit  
adversus Nicolaam du Hamel, quam rex nomi-  
naverat, & paulo post, tam ab ipso rege, quam  
a summo pontifice, confirmata, possessionem  
inuit, quam legitimam declaravit majus Consi-  
lium v calendas Aprilis, anno 1583. Obiit  
anno 1596.

VI. Blancha d'Estourmel I, amixæ successit  
eodem anno, in possessionem inducitur ab officiali  
Noviomensi x calend. Januarii. Abdicavit  
in gratiam sequentis.

VII. Blancha d'Estourmel II, cedentem am-  
tam excepit anno 1614, mense Decembris, at-  
que ob venditiam coadjutoriam exauctorata est  
majoris Consilii decreto xv calend. Decem-  
bris anno 1664.

VIII. Margarita-Cæcilia le Merzier-de-Beauf-  
sart, monialis Longi-campi, electa est una voce  
v calendas Aprilis anno 1668.

IX. . . . . Guillebon de Beauvoir, sedebat  
anno 1693.

X. Susanna de Monchi, monialis Gomeri-  
fontis, benedicta est ab abbate Cisterciensi iv  
calendas Maii, anno 1695, in ecclesia collegii  
Bernardinorum Parisiensis, assistentibus Maria-  
Magdalena de Morisy de Montchevreuil, sancti  
Antonii Parisiensis, & Margareta le Boucher  
d'Orfai, sanctæ Austrebertæ abbatissis.

XI. . . . . Desjartaux, monialis Para-  
clitii, nominatur xi calendas Decembris, anno  
1720.

VERMAND.

VERMANDUM,

sive VIROMANDUA.

**D**UABUS leucis a Quintinopoli, Samarobri-  
vian verus, positum est Veromandense  
monasterium super Alminionem fluviolum, in  
loco qui infestissime olim urbem Veromanduorum  
principem omnino credibile esse diximus superius,  
pag. 1039. De natalibus vero monasterii  
ita differit veius codex mss. quem laudaverunt  
pariter Vassorius pag. 33, & annalista Præmon-  
stratenfis tom. 2, pagina 123. « Veromandia  
per Hunnos destructa, inquit, & episcopatu  
Noviomum translata, unus tantum remansit  
sacerdos, qui plebis curam haberet. An. 1091  
Ratholo episcopo, loci incolæ obtinuerunt ec-  
clesiæ veteris inlaurationem; ibi quatuor positi  
sunt canonici sub præposito *Gerthio*. Numero  
augefcente, abbas institutus est *Gualterus*, qui  
de luxuria insanatus recessit. Huic successor  
datus est *Reinerus*, nobili ortus profapia &  
virtute insignis, qui post ædificatum templum,  
obiit 20 Novembris, sepultusque est ante altare  
sancti Johannis; ad cuius quoque sepulcrum  
plures sacre sunt sanitates, inter quas & meam  
sehrim curavit invocatus. Rainerum sequutus est  
*Wibertus* ex Hamensi monasterio, ad quod,  
cedens ob senium & morbos, rediit, successo-  
remque habuit ex eodem loco *Iribertum*, virum  
industriam & præclarum, qui claustra, & officinas,  
& muros per circuitum edificavit. Sed  
anno 1142, flamma consumto templo & reli-  
quis officinis, canonici laxari ceperunt, & dis-  
ciplina correre, plerisque scandalum afferenti-  
bus. Ingenti quoque erga episcopum debito  
quam esset ecclesia obligata, & ille solutionem  
peteret, abbas suis per diversa loca & grangias  
distributis, quædam onera imposuit, unde mur-  
tore orto, etiam actum de tradendo Præmon-  
stratenfis monasterio. Hinc Britio sacerdos,  
& Bernerus conversus, ad Simonem episcopum  
accedunt, abbatem criminis accusant. Reversus  
vero abbas tanquam apostatas in Dominica ex-  
communicat, ecclesia expellit, & literas epis-  
copi prætendentes in capitulum trahit; flagris  
ad sanguinem cædit, & per Præmonstratenfis  
ordinis derisionem, tunica alba induit. Redunt  
ergo ad episcopum, literas contemtas indicant,  
dorsum flagris sanguinolentum ostendant. Quam-  
obrem iratus episcopus vicarios Viromanduum  
mandat qui monasterii curam suscipiant. Rece-  
dit abbas, & anno 1144 Præmonstratenfes ex  
Monte sancti Martini, ab episcopo vocati, in-  
troducuntur cum Johanne abbate. Antiquorum  
incolarum alii ordinem susceperunt, alii ad se-  
culum avolarunt, aliis pensio data: novæ  
ordinis proflorescentes plurimis annis in paupertate  
& angustia vixerunt. »

Ex his quadruplicem fuisse ecclesiæ Veromandensis statum intelligas: 1º episcopalem, sub præsulibus quorum seriem exhibuimus in fronte tabule episcoporum Noviomensium; 2º collegialem sub clericis secularibus; 3º abbatialem

A sub canonicis regularibus nullius congregationis; 4º abbatialem sub canonicis regularibus ordinis Præmonstratenfis. Qui ante Præmonstratenfes rexerunt eam, eorum nomina modo recensuimus. Restat ut de ipsi Præmonstratenfis agamus: horum porro seriem texuit eruditus Stivagii abbas in huic seriem modum:

## ABBATES

Ex Ordine Præmonstratenfi.

**I. JOHANNES I**, ex canonico Montis sancti Martini abbatiam adeptus anno 1144, abdicavit anno 1151.

**II. Adam**, memoratur in chartulario sancti Crispini-Majoris Sæclionensis anno 1172.

**III. Gillebertus**, occurrit in instrumentis ab anno 1152 ad annum 1167.

**IV. Johannes II**, abbati Stivagii incognitus, sedebat annis 1193 & 1200 ex tabulis tam abbatiæ Bohæriarum, quam ecclesiæ Noviomensis.

**V. Willimus de Sancto Audomaro**, ex abbate Cuiſiacensi factus anno 1203 abbas Vermandi, transit anno 1204 ad ipsam caput ordinis Præmonstratum.

**VI. Johannes III**, ecclesiam eo loci in quo adhuc perseverat tranſiit anno 1206. In ejus gratiam adversus Stephanum episcopum Noviomensem scripsit Gervasius abbas Præmonstrati Honorio III papæ, expollens de injuriis quibus præsul impetebat Veromandensibus. Sedebat adhuc anno 1217.

**VII. Parisus**, liberavit anno 1222 abbatiam suam a prestatione annua unius modii frumenti quem debebat ecclesiæ Montis S. Martini.

**VIII. Wibertus**, præerat anno 1258, abbati Stivagii incognitus. Vide in Vermondo episcopo Noviomensi.

**IX. Petrus**, precum societatem fecit anno 1305 cum Anſoldo abbate sancti Bartholomæi Noviomensis. Obiit non Martii.

Qui sequuntur abbates usque ad *Thomam de l'Escluse*, ex necrologiis excerpti, nullo caractere chronologico distinguuntur.

**X. Balduinus**, pacem fancivit inter ecclesiam Montis S. Martini & Oylardum super terragio de *Frankoville*.

**XI. Elias**, notatur in necrologio v idus Januarii.

**XII. Robertus**, XIX calendas Februarii.

**XIII. Henricus**, calendis Maii.

**XIV. Martinus**, XVI calend. Novembris. Sub ejus præfectura, ut creditur, monasterium combustum est ab Eduardo III, Angliæ rege.

**XV. Bartholomæus**.

**XVI. Johannes d'Aubigny**.

**XVII. Nicolaus I**, canonicus sancti Johannis Ambiauentis.

**XVIII. Willardus**.

**XIX. Johannes V**, tria millia coronatorum recepit a Johanna Luxemburgica, ob cessionem terræ Bohani factam in gratiam Johannis Luxemburgici. Johannes, an idem, an alius, adſuit anno 1478 apud Humolarias translationi sanctæ Hunequandis.

Cccc iij

XX. Thomas de l'Edulfe, præerat an. 1510; A  
ex charis Boherientibus.

XXI. Nicolaus Dany, occurrit anno 1569,  
rexitque ad annum 1575.

XXII. Claudius Novellery, resignavit anno  
1582 sub pensione 400 nummorum.

XXIII. Franciscus Mofnier, canonicus Veromanduenfis, regineæ a consiliis & elemosynis,  
obiit anno 1607.

XXIV. Philippus de Longueval de-Manicau,  
commendatarius primus, & vir inoratus, abbatiam a rege impetravit anno 1607.

XXV. Renatus de Longueval, Philippi filius,  
& abbatia ab eo institutus heres anno 1610.

XXVI. Ludovicus Bèln, designatus a rege  
anno 1617.

XXVII. Heclor de Lette, canonicus sancti  
Quintini, obiit anno 1649.

XXVIII. Franciscus des Effars, filius Fran-  
ciscei des Effars, domini de Lineres, & Marixæ de  
Crequi, regi ab elemosynis, factus abbas anno  
1649, obiit anno 1719.

XXIX. Johannes-Carolus de Segur, nomi-  
natur a rege vi idus Junii anno 1721. Obit  
Luteciæ veteranus episcopus sancti Pappoli 111  
calend. Octobris anno 1748, sepultusque est ad  
sanctum Gervasium.

XXX. . . . . Hachette, vifitator generalis  
monialium Carmeli in Francia, nominatur a  
rege anno 1748. mense Octobri.

GENLI.

## GENLIACUM.

IN oppido Genliaci Albertus de Hangeft, loci  
dominus, & uxor ejus, nosocomium sub in-  
vocatione S. Elisabethæ pofuerunt anno 1221,  
mense Augusto, quod probavit anno 1226,  
mense Maio, Gerardus Noviomenfis episcopus;  
in parthenonem vero ordinis sancti Augustini  
converterunt Johannes de Hangeft fundatoris  
filius, & Beatrix uxor ejus, laudantibus sancto D  
Ludovico rege, mense Februario anni 1245, id  
est 1246, Petro Noviomenfis episcopo eodem  
anno, mense Julio, & Innocentio IV papa vi  
idus Octobris anno 1247. Verum anno 1421,  
reclamantibus licet tribus quæ supererant monia-  
libus, abbatia misere collapsa conversa est in  
præposituram ordinis Præmonstratensis Cuisiaco  
obnoxiam a Johanne de Hangeft ejusque conjugæ  
Maria de Sarbrache, annuentibus Martino V papa  
& Radulfo Codiciacensi, episcopo Noviomenfi;  
præpositura autem illa in abbatiam rursus ejus-  
dem ordinis erecta est anno 1496 in comitiis  
Præmonstratensium generalibus Calniaci habitis E  
mense Maio.

Sepulti sunt in hoc monasterio, præter Simo-  
nem Raquier abbatem Præmonstrati, Albertus de  
Hangeft, dominus Genliaci, defunctus 14 calend.  
Octobris anno 1303; Elisabetha de Chastillon  
ejus consors; Jacobus de Hangeft, dominus Gen-  
liaci, defunctus non. Julii anno 1520; Johanna  
de Anoy, ejus uxor, satis sancta 111 id. Martii an.  
indelignato; Adrianus de Hangeft, Genliaci do-  
minus ac ballivus Ebroicentis, extinctus idibus

Octobris an. 1532; Francisca de Mas, ejusdem  
conjugæ, defuncta non. Januarii anno 1532, id  
est 1533; Natalis Brulart, Genliaci dominus,  
extinctus XVI calendis Augusti anno 1597;  
Claudius Brulart, marchio Genliaci, mortuus XVII  
calendis Martii anno 1673.

## ABBATISSÆ.

I. EUSTACHIA, male apud abbatem Stivagii  
Eustacia, obedientiam vovit ecclesiæ No-  
viomenfi anno 1248. Hujus meminere chartæ  
ecclesiæ Parisiensis anni 1251. Jacere creditur  
in choro sub majoris altaris fuppelæneo.

II. Euphemia, soror præcedentis, jacet in  
medio chori cum hoc epitaphio: *Cy gist Eufeme,  
seconde abbesse de Genly, fuer gurmaine à Eust....  
Priez pour s'ame.*

III. Maria le Flamenc de-Cani, filia Radulfi  
le Flamenc, sedebat anno circiter 1270, ex Hist.  
genealog. Magatum France, tom. 5. pag. 638,  
& anno 1293, ex Hemeræo, pag. 257, qui con-  
ventionem illam refert eodem anno pactam inter  
Mariam Genliaci abbatissam, & capitulum sancti  
Quintini, ut quoties ibidem antistita crearetur, pra-  
torum eorum quæ ad Isiram posita in Albino-  
datonis sunt monachorum, fructus omnes anni primi  
C ad idem collegium spectarent.

## PRÆPOSITI.

I. JOHANNES de Thiry, vita, moribus ac  
regulari disciplina probatus, ut ait Martinus  
V papa in bulla anni 1421, factus est eodem  
anno ex priore Præmonstrati præpositus Gen-  
liacensis.

II. Petrus Grégoire, de quo tabulæ anni 1453;  
obiit ex abbate Stivagii anno 1459.

III. Petrus Maillot, occurrit anno 1459,  
mense Julio. Obit ex abbate Stivagii an. 1476.

IV. Jacobus Langnier, sedebat anno 1476,  
mense Octobri. Obit ex abbate Stivagii anno  
1490.

V. Jacobus Pelletier, ultimus præposituram,  
& primus abbatum.

## ABBATES.

I. JACOBUS Pelletier, ex præposito creatus est  
abbas v nonas Maii anno 1496 in capitulo  
generali apud Calniacum celebrato. Adiit anno  
1505 benedictioni Jacobi Pailart, abbatis sancti  
Bartholomæi Noviomenfis. Obit ex abbate Stiv-  
agii anno 1545. Quod si verum est, resigna-  
verat sequenti.

II. Johannes de Hangeft, abbas commenda-  
tarius, abdicavit factus anno 1525 episcopus  
Noviomenfis.

III. Philippus de Rouvroi-Saint-Simon, decanus  
item S. Quintini, præerat anno circiter 1544,  
ab abbate Stivagii omissus.

IV. Natalis Carlier, aut Chartier, ex gremio  
capituli assumptus, præerat anno 1564. Abdicavit  
anno 1568, factus parochus ejusdem loci.

V. Albinus d'Oigne, sedebat annis 1568 &  
1576.

VI. Philippus *de Gourlai*, præerat an. 1576, A nistarum institutum vovere. Abbatissas ab eodem anno 1636 subijcimus.

VII. Carolus *du Hamel*, præcedentis ex sorore nepos, factus abbas an. 1613, Praemonstratenses reformatos in monasterium induxit anno 1641, mense Octobri. Obiit anno 1665.

VIII. Carolus *Brulart I*, filius Florimundi marchionis Geniaci, abbatiam obtinuit anno 1665, quam dimisit anno 1667. Obiit anno 1714 archiepiscopus Ebreduensis.

IX. Carolus *Brulart II*, decessoris patruus, obiit anno 1669, ex abbatie Stivagii.

X. Petrus *Brulart*, Florimundi filius natu minor, abdicavit nupturiens anno 1701, ex abbatie Stivagii.

XI. .... *Crozat*, regis capellanus & baccalaureus in theologia, atque abbas Cellæ Fruini, nominatur ad Geniacum XVII cal. Maii anno 1702, ab abbate Stivagii prætermisus.

XII. Johannes-Baptista *Crozat*, libellorum supplicum magister, nominatus est VIII calend. Augusti anno 1710, paulo antea deputatus ad comitia generalia cleri Gallicani pro Tolosana provincia. Migravit ad Doninum anno 1729.

XIII. Josephus *Ségu*, nominatus anno 1729, mense Novembri, possessionem adiit idibus Februarii anno 1730.

#### SANCTA CLARA *Calniacensis.*

**A**unt Clarissæ Calniacensis fundatum fuisse parthenonem suam a Catharina Borbonia, quæ quæ tempore vixerit, quibusve sit orta parentibus non producit, quamvis non una extiterit hujus nominis et regia Borboniorum stirpe princeps. Tradunt præterea, se ab ipso fundationis suæ tempore Calniaci sessisse in suburbio S. Martini ad an. usque 1558, quo urbis protegendæ causa diruta sunt & suburbium & monasterium, ita jubente Alxemaræ duce. Nunquid de parthenone illo intelligendum est quod diximus sup. col. 1128 de cenobio quodam sanctæ Crucis, translato in urbem Calniacum an. 1486? Verumtamen observavimus superius in Martino *Baucher* abbate S. Eligii-fontis, Clarissas apud Calniacum sedem suam fixisse anno quamprimum 1532. Unde obscuriora sunt adhuc parthenonis hujus primordia, quam ut de loco, de tempore, de fundatoribus aliquod explorato definire possimus. Certe anno 1558, post excidium parthenonem suburbanum, urbanas domus nonnullas comparaverunt moniales in vico Judæorum, quarum in loco ecclesiam, dormitorium, aliasque sibi regulares ædes construxerunt. Ille vero a Burgundionibus (ita commentarii) semel antio insignato, & iterum anno 1567 combusta, bisque reparata, extremum postea furorem anno circiter 1571 a Calvinianis expertæ sunt. Hinc per undecim annos hac illac profuge virgines, læres suos non repeterie nisi anno 1580, pacem ac tranquillitatem qua deinceps, Deo dante, fruite sunt prætolaturæ. Ibi demum anno 1634 clausuram perpetuam; anno vero 1636 Urba-

#### TABULA ABBATISSARUM.

**M**AGDALENA *Lefcalopier I*, filia Petri *Lefcalopier*, domini *de Bonnelle, de la Guette*, &c. regi ab omnibus consiliis, præsiditque in curia Inquisitionum Parisiensis, Clarissarum vota ciniserat Luteciz anno 1604 in cenobio sancti Marcelli. Electa anno 1636 Calniacensis abbatissa in triennium, iterum electa est anno 1639; sed anno 1641 abdicavit in gratiam sequentis, rediitque ad S. Marcellum, extincta ibidem III nonas Decembris anno 1655.

II. Magdalena *Lefcalopier II*, monialis Firmatis-Milonis, tum suburbii sancti Marcelli Parisiensis, amitam comitata est Calniacum anno 1636, eique successit electa anno 1641, deinde continuis triennisi prorogata in annum 1654. Electa rursus anno 1665, rexit in annum 1679.

III. Anna *le Dieu-de-Villers*, electa anno 1654, rexit in annum 1665.

§ Magdalena *Lefcalopier*, de qua no II.

IV. Genovefa *Raisson-de-Baudis*, filia *Johannis Raisson*, & *Mariz de Gorgias*, electa anno 1679, rexit in annum 1694. Iterum electa anno 1697, rexit in annum 1703.

V. Maria-Eliabetha *de Héricourt*, filia Antonii-Ludovici *de Héricourt*, domini *de Roucy*, electa anno 1694, rexit in annum 1697.

§ Genovefa, de qua no IV.

VI. Magdalena *de Gorgias*, filia *Johannis de Gorgias*, & *Magdalenz de Cressy*, dominorum *de Lavignon*, electa anno 1703, rexit in annum 1707.

VII. Margarita *Berku*, electa anno 1707, rexit in annum 1722.

VIII. Anna *d'Hautemar*, electa anno 1722, rexit in annum 1737.

IX. Maria-Anna-Francisca-Margarita *de Monnel*, filia *Claudii-Ludovici de Monnel*, domini *de Flamécourt*, electa anno 1737, adhuc præerat incunte anno 1743.

#### SANCTA CLARA *Peronensis.*

**A**NNO 1481, mense Martio, id est anno 1482, Philippus *de Crevecoeur*, dominus *des Querles & de Lanno*, regis cubicularius, Arlesicæ ac Picardiz vice-gubernator, parthenonem illum fundavit Personæ Scotorum, accitis hanc in rem ex urbe Helsingio sanctimonialibus, quarum abbatissæ sequuntur hoc ordine.

#### ABBATISSARUM SERIES.

**I.** JOHANNA *de Famechon*, præerat anno 1504.

II. Anna *Caulincourt*, anno circiter 1560.

III. Francisca *du Bourg*, electa anno 1567, obiit anno 1581.

IV. Margareta *le Rat*, electa est anno 1581.

V. Maria *Baudelot*, sedebat anno 1615, obiit anno 1632.

§ Maria *Rohault*, electa anno 1632, obiit

SAINTÉ  
CLAIRE  
de Champ.

SAINTÉ  
CLAIRE  
de Pîtres.

octavo post die, electioni suæ ad extremum usque A  
halitum intercedens.

VI. Anna de *Beauvart*, electa anno 1632,  
obiit anno 1635.

VII. Anna de *Blicourt*, electa anno 1635,  
rexit in annum 1651.

VIII. Anna *Claire*, electa anno 1651, rexit  
in annum 1670.

IX. Maria l' *Evêque*, electa anno 1670, obiit  
anno 1677.

X. Maria *Vaillant*, electa anno 1677, obiit  
anno 1702.

XI. Maria-Theresa de *la Motte*, electa anno  
1702, obiit anno 1720.

XII. Maria de *la Passion*, electa anno 1720,  
obiit anno 1739.

XIII. Barbara-Françisca *Gerault*, electa anno  
1739, obiit anno 1740.

XIV. Maria-Theresa *Carpentier*, electa anno  
1740.















